Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

Marc. 9: 49. p. 199.
Act. 17: 18. p. 237.
Act: 23: 5. p. 150.

Circumcisio Æthiopum. p. 207.

LXX

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

KW
235
B 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

IOH. CLOPPENBURGII,

Amſtelredamenſis,

SACRIFICIORUM PATRIARCHALIUM SCHOLA SACRA.

In qua

Examinatur Sacrificiorum Antiquitas, Uſus, & Antiquatio.

Cum

SPICILEGIO.



Koninklijke Bibliotheek 's Hage.

LUGD. BATAV.

Ex Officina Elſeviriorum.

cIↃ IↃc XXXVII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

Reverendis Clariſſimis Doctiſſimiſque Viris,

D.D. FRANCISCO GOMARO,

ET

D.D. HENRICO ALTINGIO,

S. Theologiæ Doctoribus & Profeſſoribus digniſſimis in illuſtri Groningæ & Omlandiæ Academia.

COgitanti mihi quos huic Scholæ ſacrificiorum Patriarchalium ſacræ legerem Scholarchas, non exiſtimavi præ vobis alios mihi ſalutandos, Viri reverendi ac doctiſſimi, quorum ut ſupra invidiam eſt doctrina, ita exploratus erga me animus amoris & benevolentiæ plenus; adeo ut nec aliorum cenſura pertimeſcenda ſit, ſi veſtram effugero, neque defuturum veſtrum contra obtrectatores patrocinium, ſi eo me non indignum cenſueritis. Materia eſt & argumentum, fateor, ſupra vires arduum, in quo facile veniam impetrabo, ſi non ea judicii lance omnia expendero, quæ omnibus ſatisfactum ſit. Gratulabor mihi ſi, quod confido, orthodoxi Theologi judicent me Prophetandi libertate, qua uſus ſum, non abuſum neque vium muniiſſe heterodoxæ ulli aſſertioni. De cætero non pudebit me in hac ſchola diſcipuli partes ſuſtinere ſi me docere dignabuntur doctiores collata amice ſymbola. Ad argumenti hujus accuratius examen vel maxime me provocavit editum olim 1616. hoc ipſo titulo ſpiſſum volumen diſputationum Wolfgangi Franzii Theologi Witebergenſis: in quo placuit contra Socinum adſerta cum zelo ſatisfactio Chriſti, & docte demonſtrata ex ſacrificiorum Patriarchalium typo. Sed quia habet non pauca in quibus περὶ τ̃ κοινῆς σωτη-

 ρίας

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

ρίας abit à Magiſtro Luthero,&,quod caput eſt, ab Orthodoxa fide; iſthæc caſtigare & ab illis defæcatam ac reformatam dare ſcholam hanc exiſtimavi fore operæ precium. Qui labor num utiliter à me ſuſceptus ſit, an poſt Homerum Iliada fruſtra ſim molitus, ut vos judicetis, vobis dedicatur hæc opera mea. In dedicatione hac, quod ſolenne eſt amoris perennis monumentum, vobis debui jure meritoque. Tibi quidem D. Doctor Gomare ut veteri præceptori, cui acceptam ferunt primam ſuam μόρφωσιν ſtudia mea Hebraïca Theologica & exercitia concionum: quem ut in medio ſtudiorum curſu mihi ereptum lugebam, cum injuriâ temporum ex Leidenſi Academia migrares Middelburgum anno 1611, ita unice gratulabar, poſtliminio, quantumvis βραχύ τι propter peregrinationis meæ rationes contractiores, mihi redditum, cum in Academiam Salmurienſem evocatus anno 1615. me illic offenderes veterem diſcipulum: qui ut te Patris inſtar ſemper merito colui ac veneratus ſum, ita tu me, adoleſcentem quamvis, non amore tantum ſed familiaritate & amicitia dignatus fuiſti atque etiamnum dignaris. Tibi vero D. Doctor Altingi debui hanc amoris conteſſerationem propter gratam memoriam illorum temporum quando me primum amore & amicitia tua dignum judicaſti, neglecta & poſthabita διαβολῇ qua vix à ſe cum honorifico teſtimonio dimiſſum perſequebatur atra bilis Ecebolii Sedanenſis D. T. Erant iſthæc προγυμνάσματα quibus me præparabat Deus ad graviora patientiæ certamina; in quibus ἀτιμία & δυσφημία ſuperanda mihi fuit, atq; eſt etiamnum, per conſcientiam apud Deum & pios homines ἀπρόσκοπον: quæ mihi teſtis eſt, mendaciis contra me graſſari illos qui Eccleſiis noſtris bellum indixerunt

ἄσπον-

ἄσπονδον, quando me collocant in malevolorum & maledicorum concionatorum genere: atque eo nomine ſcribunt me à Magiſtratu Amſtelodamenſi vel graviora quam ejectionem ex urbe metuentem, profugiſſe mea ſponte, atque deſeruiſſe omnium florentiſsimam Hollandiæ totius Eccleſiam. Dolent lucifugæ olim excitatos contra me fluctus conquieviſſe & pacatas iras, quas ut intemperantiori apologia implacabiles redderem, vel poſtliminio concitarem, jam diu effeciſſent continuum jam octennium me laceſſendo & lacerando famoſiſsimis libellis, ſi verum eſſet me in malevolorum & maledicorũ concionatorum genere emicuiſſe. Enimvero poſtquam ſat patriæ datum in ſilentio & patientia, quanquam necdum lubet θεομαχεῖν, attamen ne ex pertinaci nimis ſilentio meo ſibi vel aliis perſuadeant ſe verum dicere ψευδομάρτυς, neque hoc nomine de injuria in me ipſum me olim mordeat conſcientia, viſum eſt apud te hac oportunitate ad poſteritatem deponere hanc neceſſariam proteſtationem contra quævis θεοδήλωμα, quam veram eſſe novit non ille tantum qui novit omnia, ſed norunt etiam qui contra me fuere injuria temporum occupati: Non eſſe à me neque publice nec privatim malevolentia aut maledicentia vel Deum vel Magiſtratum πλημμελούμενον: neque quidquam commiſſum, ob quod vel male in me collocata ſit Mæcenatum munificentia, vel indignus haberi debeam bonorum virorum amore aut amicitia. Si circa res Eccleſiaſticas ortus eſt inter Presbyterium & Magiſtratum παροξυσμὸς, ac mihi in Presbyterio & in Synodo ſuſtinenda fuit perſona, ob quam tandem factus ſum piacularis victima, atque Propheta in patria urbe non bene habitus, frigidam ſuffundentibus hominibus malevolis

ac maledicis; nulla hinc mihi incumbit privata Apologia alia quam hæc, me ad vocationem hanc in qua jam ultra ſeptennium Deo ſervio in Eccleſia Brielana acceßiſſe, dimiſſum à Synedrio & à Claſſe Amſtelredamenſi cum literis συστατικαῖς: quarum hæc ſumma eſt me opus miniſterii inter ipſos verſantem octennium impleviſſe cum inſigni Eccleſiæ ædificatione. Extra urbem patriam nunquam profugi: ſed cum ex officio ab urbe abeſſem non latens ſed cum utriuſque Synodi Deputatis habens agenda Synodi nomine apud Præpotentes Hollandiæ Ordines eorumve Delegatos, monitus de periculo, cunctãdum cenſui, donec indignationem deprecatus, hoc poſſem efficere ut ad cauſam dicendam admitterer ſine ulla honoris aut libertatis diminutione, qua Eccleſiæ efficeretur inutilis opera mea in ſacro miniſterio ante plenam cauſæ cognitionem. Interim nuſquam me in tenebras abdidi ne ad momentum quidem; vivens in illuſtri Academia Leydenſi, obiens cum Collegis Synodi Deputatis munus à Synodo mandatum, in Synodis Leidenſi & Hornana nuſquam excluſus, nec à Magiſtratu proſcriptus; neque ut redirem juſſus ab Eccleſia; cujus judicio me offerebam ad reditum, etiam non impetrato ullo Magiſtratus ſalvo conductu; donec ſe obtulit divinitus tranquillior ſtatio in hac ἀποικίᾳ; quam amplexus litavi lautioris ſtipendii & illuſtrioris habitationis in lauta urbe jactura. Qui hoc nomine fugam aut miniſterii deſertionem exprobrant, apud iſtos iniquos rerum æſtimatores nõ effugiſſet opprobrium vel ipſe Servator Nazaretha excedẽs: cujus exemplo & oraculo me conſolatus ſum & conſolabor porro contra Iſmaëles iſtos qui me perſequuntur, & qui per illos me colaphizat Satanam; de prolixiori Apologia ſecurus: ac nolens ſepiam diluere,

ſucco loliginis. Redibo unde digreſſus ſum, ac dicam ſerio, quamvis, quo primum tempore me amore tuo complexus es, me Baſileam vocaret deſiderium magni Buxtorfii, quo hoſpite & præceptore meritiſſimo annum circiter uſus ſum familiariter cum fructu nunquam pœnitendo; tamen non ſine animi ægritudine mihi accidiſſe diſceſſum ex Academia Archi-Palatina, jam eheu per Antichriſti Tyrannidem peſſundata, hanc maxime ob cauſſam, quod te præceptore uti ac frui juſto tempore non liceret, ex peregrinationis meæ inſtituto, poſtquam mihi mota erat ſaliva audito ſub nundinas Autumnales Francofurtenſes anni 1613. auſpicio tuæ Profeſſionis Theologicæ in qua jungebaris Collega τοῖς μακαρείταις D. D. Paræo & D. B. Coppenio hoſpiti meo, quibus te junxiſti tertium teſtem meæ converſationis in teſtimonio quod diſcedens à facultate Theologica obtinui. Vtriuſque ergo Veſtrum Viri Reverendi ac Doctiſſimi in me merita & amor vobis hoc vindicant, quod à me offertur, grati amoris monimentum perenne futurum, ſi licuerit eſſe tam beato ſcriptori ut doctorum bibliothecis liber hic parvus non eliminetur cum Voluſi Annalibus & ineptis chartis: quidquid fiet perennabit in animo meo quoad vixero, veſtri amor & obſervantia. Vos me amare & meis ſtudiis favere pergite. Dabam Brielæ. Anno Chriſti cIↃ IↃc XXXVII. III. Idus Majas ſtilo Iuliano.

Veſtrum obſervantiſſimus

IOH. CLOPPENBVRCH.

In Schola Sacrificiorum tractantur
PROBLEMATA V.

I. Quando primum cœperint Sacrificia. pa. 9
II. Quo auctore ſacrificia offerri cœperint, Deine inſtitutione & mandato, an per hominis ἐθελοθρησκείαν. 51
III. Qua Fide & Spe offerri debuerint ſacrificia. 72
IV. Quibus miniſtris & quorum nomine offerri debuerint Sacrificia. 93
V. Quando & quare antiquari debuerint ſacrificia. 136

In Spicilegio tractantur
PROBLEMATA VII.

I. An poſt ædificatum à Salomone Templum Deus non reſpexerit ad Sacrificia in aliis locis oblata. pag. 187
II. An nunquam ex linea alia quam filiorum Aaronis ſacerdotes attenderint Altari. 192
III. Quis ſit ſenſus verborum Chriſti, πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται, Marc. 9. verſ. 49. pag. 199.
IV. Quid ſentiendum ſit de Æthiopum Chriſtianorum circumciſione. 207
V. An ulla Lege divina unquam debuerint offerri in holocauſtum victimæ humanæ, aut alio ritu cruento ſacrificari. 212
VI. An Crux fuerit Altare ſacrificii Chriſti. pag. 221.
VII. Quid ſignificet vox σπερμολόγος, Actor. 17. v. 18. 237

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

IOH. CLOPPENBVRGII
SCHOLA
SACRIFICIORVM
Patriarchalium ſacra: in qua examinatur illorum Antiquitas, Vſus & Antiquatio.

Tractationis σκιαγραφία.

DE Sacrificiis tractatio bimembris eſt, Vel περὶ τῆς σωματικῆς γυμνασίας in ſacrificiorum ritibus ſingularibus, vel περὶ τῆς λογικῆς λατρείας ſive de cultu rationali qui ritibus illis veſtitus eſt: ille cortex, hic nucleus eſt: illum Judæis relinquentes, hunc enucleabimus accuratiori disquiſitione ad hiſtoriam Veterem inſtituta; ut conſtet quid ſentiendum ſit περὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας Veteris & Novi Teſtamenti: & de Fide quæ ſemel tradita eſt Sanctis: nec non de Chriſtiana libertate per ceſſationem Legis Sacrificiorum Veteris. Huic fini poſt præcognitam vocum

ſignificationem, eruenda ex Scripturis Sacrificii definitio, ejuſque partitio illa quæ ex cultus rationalis anatome ſe offert: ac deinceps Sacrificiorum cum Sacramentis collatione facta cognoſcenda & cognatio quæ intercedit, & differentia ab invicem. Succedent porro ſequentia problemata. I. Quando primum cœperint Sacrificia. II. Quo Auctore, Dei ne inſtitutione & mandato an per hominis ἐθελοθρησκείαν. III. Qua Fide & Spe offerri debuerint. IV. Quibus miniſtris & quorum nomine. V. Quando & quare debuerint antiquari.

Vocum ſignificationes.

Voces, quibus Scriptura utitur in Sacrificiorum nomenclatura, variæ ſunt. Ex quibus prima occurrit מנחה Geneſ. 4. ubi generatim etiam Θυσίαν complectitur. ſignificat autem δῶρον, Donum Deo dicatum. qua generali nomenclatura etiam Chriſtus omnes Sacrificiorum oblationes complectitur Matth. 5. v. 23. 24. c. 23. v. 18. 19. & Apoſtolus Hebr. 5. v. 1. c. 8. v. 3. 4. c. 9. v. 9. c. 11. v. 4. Alias exprimitur Græca voce προσφορὰ, ac tum fere conjungitur cum altera voce זבח, atque ubi de

cultu Sacrificiorum univerſim loquitur Scriptura, nominat זבח ומנחה Θυσίαν καὶ προσφορὰν Pſal. 40. v. 7. Hebr. 10. v. 5. Dan. 9. v. 27. Generalem Doni ſignificationem, habet altera vox Hebræa קרבן. Κορβᾶν ὅ ἐστι δῶρον, inquit Marcus 7. v. 11. neque in hujus vocis interpretatione ut in aliis variant LXX.

Quando autẽ conjunguntur זבח ומנחה, tunc reſtrictiori ſignificatione מנחה προσφορὰ illas tantum oblationes notat quæ non ſunt ex rebus animatis ſive pecudibus, ſed ex frugibus aliiſque terræ proventibus. At זבח Θυσία Oblationem pecudum ſignificat, quam à pecudum mactatione LXX alio nomine σφάγιον vocarunt Amos 5. v. 25. Latini hoſtiam ſeu victimam appellant.

Sunt aliæ Sacrificiorum & Oblationum appellationes variæ quæ ſumuntur à vario ritu ſacro quo deſtrui ſolent. quæ enim incendio abſumebantur, vel Hebræa voce אשה nominabantur, tam pecudes quam res inanimatæ igni deſtinatæ : rurſum קטרת & קטרה dicebantur Θυμιάματα & ſuffitus quæ incenſa in fumos abibant ex rebus inanimatis : quæ vero pecudes integræ adurebantur, à fu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

mi aſcenſu in aera dicebantur עולה Ὁλοκαύτωμα & Ὁλοκαύτωσις & Græcis interpretibus Ὁλοκάρπωμα & Ὁλοκάρπωσις: Holocauſtum. Similiter etiam nomen oblationis ex rebus inanimatis alio ritu ſacro deſtruendis eſt נסך Σπονδὴ Libamen.

Sumuntur quoq; Sacrificiorum denominationes aliæ à rerum quæ offeruntur delectu, puta primitiis aut primogenitis, &c. vel ab oblationis cauſa aut ſcopo; quæ non faciunt ad hæc Præcognita, ſed ſe offerent ſuo loco.

Vt jam accingamur ad definiendum veri nominis Sacrificium, monemus opus eſſe primo generali definitione quæ utrumque זבח ומנחה Θυσίαν καὶ προσφορὰν ex Scripturæ uſu complectatur unica Sacrificii appellatione: Deinde aſſignandum eſſe Sacrificio in reſtrictiori ſignificatione ſuum characterem quo à reliquis oblationibus diſcernatur.

Definitio Sacrificii Generalis.

Generatim ergo Sacrificium definimus Oblationem Religioſam qua interveniente Sacerdotis viſibilis miniſterio Deo res aliqua dedicatur & conſecratur, ut

ut ritu ſacro divinitus præſcripto deſtruatur ad cultus divini ſpiritualis teſtificationem & ſymbolum externum.

Definitionis αἰτιολογία.

Generis loco ponimus in hac definitione Oblationem religioſam qua Deo res aliqua dedicatur & conſecratur ad cultus ſpiritualis teſtificationem externam. Differentia ſita eſt in eo quod ſacrificium offeratur per Sacerdotis miniſterium, ſacro ritu divinitus præſcripto deſtruendum. Genere ergo cum Sacrificiis conveniunt Dona omnia quæ in externa Fœderis ſpiritualis œconomia ad ſacros & pios uſus, pro fovenda viſibili ſanctorum communione etiam hodie à Chriſtianis Deo offeruntur: quæ cauſa eſt cur Legalium ſacrificiorum & oblationum nomina illis quoque accommodet Scriptura: vocans Collectas & Eleemoſynas ſacras quibus miniſterium Euangelii & Scholæ conſervantur, ac juvantur pauperes, ὀσμὴν εὐωδίας & Θυσίας, Odorem bonæ fragrantiæ & Sacrificia ſive hoſtias ac victimas. Phil. 4. v. 18. Hebr. 13, v. 16. quæ alias neutiquam ſunt veri nominis Sacrificia: quia non habent illam

Differentiam ſeu formam in definitione poſitam: neque enim interveniente Sacerdotis viſibilis miniſterio ritu ſacro divinitus præſcripto deſtruuntur: quod ubi non fiebat, ne quidem Dona antiquitus juxta ſacrificia & oblationes Deo dicata, erant in cenſu Θυσίας καὶ προσφορᾶς זבח ומנחה.

Character quo Sacrificium in reſtrictiori ſignificatione diſtinguitur ab Oblatione.

Ex uſu autem Scripturæ, quæ binominem iſtam Sacrificiorum appellationem fere adhibet, qua diximus Sacrificium reſtrictiori ſignificatione eſſe σφάγιον pecudis animatæ: Oblationem autem dici antonomaſtice rerum inanimatarum, puta fructuum terræ & proventuum: Hunc facimus characterem Sacrificii quod oblationi contradiſtinguitur, τὴν αἱματεκχυσίαν ſanguinis fuſionem, & cruentationem: Aliarum autem Oblationum, quæ ſupra poſita definitione una cum Sacrificiis continentur, character eſt, quod juxta ſacrificia cruenta, maximam partem tanquam illorum appendices, vel incendio vel alio convenienti ritu ſacro, per ejuſdem Sacerdotis miniſterium deſtruuntur.

Partitio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

Partitio Sacrificiorum in Euchariſtica & Propitiatoria.

Jam hujuſmodi veri nominis Sacrificia & Oblationes, ex cultus divini Spiritualis ſive τῆς λογικῆς λατρείας Anatome, partimur in duas Claſſes: quarum prior habet Sacrificia Euchariſtica & Euchariſticas oblationes: altera autem, Sacrificia ἱλαστικὰ ſeu propitiatoria & propitiatorias oblationes. Priora inſerviebant Spirituali Gratiarum actioni pro acceptis beneficiis: Alia autem Supplicationibus ſpiritualibus ad favorem Dei poſtulandum. Enimvero quemadmodum in cultu Spirituali non debet à Gratiarum actione abeſſe Supplicatio pro beneficiorum continuatione: neque rurſus à Supplicatione, Gratiarum actio: Ita neque Sacrificii vel Euchariſtici vel Propitiatorii denominatio præſcribit quo minus eodem Sacrificio atque oblatione eadem peragatur utraque & Gratiarum actio & Propitiatio.

De Sacramento in Sacrificii acceptatione.

Quemadmodum jam illa quam definivimus cultus ſpiritualis teſtificatione & ſymbolo externo quatenus ab homine

proficiſcitur conſtat ratio Sacrificii: Sic porro Sacramenti rationem habuit in omnibus olim Sacrificiis Divinæ teſtificationis illius externum & viſibile ſymbolum, qua Sacrificantes ἐμαρτυρήθησαν, μαρτυροῦντος ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτῶν τοῦ Θεοῦ teſtimonium obtinuerunt, Deo teſtimonium perhibente de donis vel in donis ipſorum. Hebr.11.v.4. quæ externa & viſibilia ſymbola teſtificationis Divinæ, erant Sacrificiorum & Oblationum ſanctificatio per Altare, Matth.23.v.19. & in Altari ἐμπυρισμὸς per ignem cœleſtem. Deinde ſanguinis ῥαντισμὸς, quo fere omnia ſecundum Legem purificabantur, Hebr.9, v. 22. Denique ſacrum ex oblatis donis, & ſacrificiis, quæ igne non cremabantur in ſolidum, convivium coram Jehova: omniaque adeo convivia ἑορτάσιμα poſt peractam θυσίαν. 1. Cor. 5. v. 7. 8. Nam talis victimarum manducatio erat Altaris communicatio adeoque ſanctificationis & ſanctorum communionis divinum ſymbolum ac ſigillum. 1. Cor. 10. 18. quo ſe Populi ſui paſtorem exhibebat Deus. Pſal. 23. v. 1. &c. Atque hæc eſt Sacrificiorum & Sacramentorum cognatio, atque eorundem

diffe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

differentia: ut Sacrificia ab homine quaſi donentur Deo; Sacramenta à Deo donentur Sacrificanti.

PROBLEMA I.

Quando primum cœperint Sacrificia.

Falſa Hypotheſis Pontificiorum de prima Sacrificiorum origine: ex lumine Naturæ.

VEniamus ad Problemata de Sacrificiis. ex quibus primum eſt: Quando primum cœperint Sacrificia offerri. quod ſcire intereſt vel maxime propter Pontificios, qui ut idololatricum ſuum Miſſæ ſacrificium tueantur, & Sacrificulis Miſſaticis aſſerant ementitum ordinem Sacerdotii: ita diſputant pro veri nominis Sacrificio externo & viſibili tam in Novo quam in Veteri Teſtamento tanquam neceſſario etiam ad Religionem & cultum Chriſtianorum: ut ſi valeant argumenta quibus munire ſatagunt ſuam aſſertionem; cogamur credere in ſtatu innocentiæ etiam futurum fuiſſe uſum veri nominis ſacrificiorum: & Cultum ſacrificiorum acceptum ferendum eſſe ipſi lumini naturæ & inſtinctui divinitus ingenito. vide Gregorium de Valentia de Miſſæ ſacrificio lib. I. c. 4. & Bellarminum de Miſſa lib. I. c. 20.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

Nulla fuiſſe veri nominis Sacrificia ante lapſum.

Verbis iſtis Gregorii de Valentia haud gravate ſubſcribimus: Ipſam naturæ noſtræ rationem declarare, ut illa animo & corpore divinitus donata eſt, ita convenire ut Deo corporis etiam præſtet obſequium. At huic minime conſequens eſt quod ſubnectit de re aliqua corporea ad Dei majeſtatem tanquā auctoris omnium teſtandam conficienda. Hoc totum eſt juris cæremonialis poſitivi, Act. 17. v. 24. 25. Pſal. 50. v. 7. 13. cujus juris ante lapſum hæc tantum habemus veſtigia; ex quibus non eſt odorari ullum Sacrificium veri nominis: videlicet Arboris Vitæ Sacramentum & Legem de Arbore ſcientiæ boni & mali. Arbor enim vitæ ſignum & ſigillum erat vitæ cœleſtis æternæ Adamo ex Fœdere operum promiſſæ ſub conditione perſeverantiæ in obedientia: Lex autem de altera arbore ſcientiæ boni & mali ſymbolica fuit, habens hanc διάνοιαν, ut exceptione illius Arboris à Dominio in creaturas omnes homini divinitus tributo, homo ſe abdicans eſu fructuum ex illa arbore per modum Anathematis Deo ſacra, teſtaretur iſthoc obe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

obedientiæ Spiritualis Symbolo externo tanquam homagio, Deum ſupra ſe Dominum, cui omne ſuum Dominium acceptum ferret.

Cenſemus quidem ex hac primæva Fœderis Spiritualis œconomia, hoc ἀναλόγως non male applicari ad quamcunq; ſubſequutam Fœderis œconomiam: ut dicamus hoc perpetui juris eſſe, ut non ſola cordis interiori devotione cultus Spiritualis perficiatur; ſed ſiſtantur Deo etiam corpora noſtra eorumque membra tanquam arma juſtitiæ. Rom. 6. v. 13. & 12. 1. Vtque porro hanc hominis exterioris vivam oblationem Deus foveat, qua Sacramentorum inſtitutione, quibus ipſe offert atque exhibet ſuarum promiſſionum ſigna & ſigilla externa & viſibilia: qua ejuſmodi Legibus & mandatis quibus repoſcat ab homine dona ad ſacros & pios uſus in externa Fœderis œconomia præſcriptos. Verum enimvero non eſt ex ſtatu innocentiæ ulla Donorum nedum ſacrificiorum veri nominis vola aut veſtigium aliud quam Arboris illius quaſi Anathema. Quapropter tantum abeſt, ut fidem faciant, una cum religione natum eſſe ſacrificium, ex primi tem-

poris

poris illius hiſtoria, ut nullum antiquius ſacrificiorũ primordium proferant, quam ſacrificia Caïni & Abelis; de quibus mox dicemus. Vt ſaltem nihil concludere ultra poſſint, quam poſt peccati in mundum ingreſſum, & poſt factam Adamo & Evæ promiſſionem Euangelicam de Semine mulieris contrituro caput Serpentis demum ſacrificari cœptum eſſe, & Dona offerri.

Ex primo Sacrificio pecudum tunicæ pelliceæ Adami & Evæ.

Quidni paulo altius quam Pontificii arceſſamus Sacrificiorum hiſtoriam? nimirum ut cum prima Fœderis inſtauratione per promiſſionem jam dictam, ſimul inſtituta ſit atque Adamo imperata Sacrificiorum Religio, quæ in ſe haberet, eo quo ſupra dictum eſt modo, etiam Fœderis Sacramentum. Habemus certe veſtigium τῶν σφαγίων ſeu mactatarum pecudum ad ἱλασμὸν pro peccatis in tunicis pelliceis quibus Adamum & uxorem ejus veſtiit Deus, Geneſ. 3. v. 21. Vnde enim tunicæ pelliceæ non mactatis pecudibus? Fruſtra enim eſt quod de materia tunicarum quidam voluerunt controverſiam movere, cum in Scriptura

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

vox Hebræa עור nuſquam reperiatur alia ſignificatione quam pro externa animalium pelle uſurpata. Deinde videtur hic eſſe prima origo Legis illius quæ exſtat Levitici 7.v.8. Sacerdos qui offert holocauſti victimam habebit pellem ejus, ubi eſt eadem vox Hebræa עור. Fuiſſe autem Adamo nudo datum iſtud Propitiationis ſymbolum qua teguntur peccata; quod tunicis iſtis Deus hominem veſtire voluerit tegendæ nuditati, diſcimus ex verbis Chriſti ad Laodicenſes Apoc. 3. v. 18. Conſulo tibi ut emas à me veſtimenta alba, ut induaris nec appareat dedecus nuditatis tuæ.

Munit ſententiam noſtram, qua inter primam promiſſionem de venturo ſemine mulieris, & primum Sacrificium, non relinquimus temporis ullum intervallum, nedum annorum plus minus ut vulgo opinantur 129. (iſto enim ætatis Adami anno putant occiſum à Caino Abelem, cum anno 130. ſit natus Seth:) Munit inquam hanc ſententiam noſtram Apoſtolus, docens Vetus Fœdus abſque ſanguine dedicatum non fuiſſe, & abſq; ſanguinis effuſione non fieri remiſſionem, Hebr. 9. v. 18. 22. Hinc enim conſe-

quens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

quens eſt, vel cum promiſſione illa de venturo Semine mulieris nullam factam eſſe Fœderis Dei cum homine ſpiritualis inſtaurationem, qua peccatorum remiſſionem ſperaret & crederet; vel non eſſe factam χωρὶς αἱματεκχυσίας, qui eſt Sacrificiorum character.

Sacrificium & Oblatio Caini & Abelis.

Videamus jam hiſtoriam Sacrificii & Oblationis Caini & Abelis, in qua diverſam oblationis materiam Moſes adnotat, præfatus diverſum utriuſque illorum vitæ inſtitutum, quod alter agricolam, alter paſtorem ageret. Dicit autem, Cainum obtuliſſe de fructu terræ מנחה oblationem Domino; Abel autem dicitur obtuliſſe de primogenitis pecudum, & de adipibus eorum ומחלבהן. Geneſ. 4. v. 2. 3. 4. 5. Eſt hic expreſſum veſtigium Legis poſtliminio inſtauratæ de primogenitis boum & ovium Deuter. 12. v. 6. Nec vero abſimile eſt ſimiliter Cainum primitias obtuliſſe de fructibus terræ, de quibus eadem Lege præcipitur. Confer etiam Exo. 22. 29. 30. Deut. 26. 2. Judicio autem C. Bertrami de Politia Judaica cap. 2. quidam ex priſcis Hebræorum inter-

interpretibus non inepte prorſus conficiunt ex eo quod Geneſ.4. v.3. 4. dicitur Cainum & Abelem adduxiſſe (ita enim proprie ſonat verbum Hebræum) ſua ſacrificia: ſacrificia ea ad patrem Adamum adducta, ut ille ea Domino offerret.

Abelis Sacrificium ἱλαστικόν.

Etſi autem diverſæ oblationi videatur occaſionem præbuiſſe diverſum vitæ inſtitutum, ipſi tamen diverſitati oblationis hoc videtur ſubeſſe, quod Abel pecudum oblatione cruenta ante omnia curarit τὸ ἱλαστήριον διὰ τῆς πίστεως ἐν τῷ αἵματι, Propitiationem per fidem in ſanguine, quo neceſſario purificanda erant dona Deo oblata. Hebr.9.v. 22.23. Cainus autem Oblatione ſola Euchariſtica de fructu terræ defungens ſupine neglexerit Sacrificium ἱλαστικὸν, ut eo nomine Deo diſplicuerit, neque potuerit obtinere Juſtitiæ Dei quæ ex Fide eſt teſtimonium, quod non perhibebat Deus, neglecto iſthoc externo ſymbolo Supplicationis ex Fide pro remiſſione peccatorum obtinenda. Quemadmodum ergo in cultu ſpirituali Publicanus ſupplicans cum peccatorũ ἐξομολογήσει deſcendit in domum

domum ſuam juſtificatus, præ Phariſæo cum Gratiarum actione Deo vovente decimas omnium quæ poſſidebat. Luc. 18. v. 12. Sic cenſemus hac parte potiorem fuiſſe Abelis oblationem, præ oblatione Caini, quod ipſe Supplicationem ſuam pro impetranda peccatorum remiſſione teſtatus ſit per Sacrificii propitiatorii cruentam oblationem, cum alter Dona ſua Euchariſtico ritu offerret *χωρὶς αἱματεκχυσίας*. Obtuleritne autem Abel de primogenitis pecudum Holocauſta, an vero illa quæ vocantur Pacifica, quod poſterius nonnulli cenſent colligi, quia dicitur obtuliſſe מחלבהן de Adipibus eorum, collata Lege Moſaica de adipe Pacificorum Levit. 6. v. 12. non multum refert. juxta Hypotheſes enim ſupra poſitas, cenſemus non obſtante denominatione illa qua vulgo Pacifica accenſentur ſacrificiis Euchariſticis, ſubeſſe in omni Sacrificio cruento Propitiationis negocium. cui ſoli ſpeciatim in quibuſcunque Sacrificiis vindicamus *τὴν αἱματεκχυσίαν* auctoritate Apoſtoli Hebr. 9. quia in illa eſt *ἀνάμνησις ἁμαρτιῶν*, Hebr. 10. 3. & *ἡ διακονία τοῦ θανάτου*, Miniſterium mortis 2. Cor. 3. v. 7.

Sacri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

Sacrificia Noachi.

Ex ſequentium temporum hiſtoria Sacrificiorum monimenta ſunt, primo Diſcrimen inter animalia munda & immunda Divinitus ſancitum ante ingreſſum Noachi in Arcam Geneſ. 7. v. 2. veſtigium vetus Legis poſtliminio inſtauratæ Levit. 11. Deinde Noachus ex Arca egreſſus offerens holocauſta de cunctis pecoribus & volucribus mundis, & ad oblationem illam à Noacho ædificatum Altare, Geneſ. 8. v. 20.

Ad iſtam autem Noachi oblationem obſervamus quod res ipſa loquitur, fuiſſe ſimul Euchariſticam, qua teſtatus eſt viſibiliter ſe Deo Soſpitatori gratias agere: & eadem opera Propitiatoriam, qua ſupplex Deo factus impetravit divinam illam conſolationem quam his verbis ſubjecit Spiritus ſanctus verſ. 21. Odoratus eſt Jehova odorem quietis, dixitque Jehova in corde ſuo: Non addam ut maledicam ultra terræ propter hominem כי יצר לב האדם רע מנעוריו Etſi figmentum cordis hominis malum ſit à pueritia: neque addam ultra ut percutiam omne vivens quemadmodum feci, &c. quam

conſo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

conſolationem Euangelicam eſſe loquitur parentheſis illa de figmento cordis malo, quæ manifeſtam ſpondet πάρεσιν τῶν ἁμαρτημάτων ſeu peccatorum diſſimulationem propter venturum ſemen mulieris: Rom.3. v.25. eamque ſponſionem illuſtrat locus Eſai.54. v.9.

Sacrificium à Melchiſedeko oblatum.

Poſt hæc ſe offert in ſacra hiſtoria Melchiſedek Sacerdos Altiſſimi in terra Canaan. Geneſ.14.v.18. cui Abraham dedit decimas ex omnibus. verſ. 20. Pontificii, ut tueantur aſſertionem Concilii Tridentini ſeſſ. 22. cap.1. Chriſtum videlicet declarantem ſe Sacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedek in æternum conſtitutum, obtuliſſe corpus & ſanguinem ſuum ſub ſpeciebus panis & vini; arripiunt ex verſu 18.verba illa הוציא לחם ויין ut probent Melchiſedekum panem & vinum Deo in ſacrificium obtuliſſe. Sed fruſtra ſunt. Etſi enim largiremur, quod eſſet in præjudicium Vulgatæ verſionis quæ Pontificiis authentica eſt, transferendum fuiſſe non proferens ſed offerens panem & vinum: nihil nos cogeret fateri, magis hic illam panis & vini oblationem

tionē fuiſſe ſacrificium principale, quam olim fuit panis & vini oblatio Leviticis Sacerdotibus præſcripta Exo. 29. & Levit. 28. quam Bellarminus aſſerit non fuiſſe illic ſacrificium principale, ſed principalis ſacrificii partem quandam & veluti condimentum. Quidni ex Hypotheſi idem liceret nobis hic ſentire? Revera autem cenſemus nihil aliud intelligendum eſſe quam muneribus iſtis prolatis Melchiſedekum teſtatam feciſſe lætam congratulationem de victoria quam reportarat Abram, ſive illis famem & ſitim ſedarit Abram, abſumpto jam cibo & potu ſuo, ſive extra neceſſitatem gratam habuerit donationem congratulatoriam: cujus mos poſtea invaluit extra rationem ſacrificii. ut apparet Judic. 8. v. 6. ob quod officium neglectum Moſes maledicit Ammonitis & Moabitis Deuter. 23. v. 4.

De cætero Sacrum Decimarum donarium, datum Melchiſedeko tanquam Sacerdoti qui Abrahamo major erat, teſte Apoſtolo Hebr. 7. v. 4. 9. ſuggerit nobis Sacrificii quod Melchiſedekus obtulit pro Abrahamo genus & materiam: Nam ſi Abrahamus & in ipſius lumbis Le-

vitæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

vitæ dederunt Melchiſedeko Decimas omnium מעשר מכל, Gen.14.v.20. pariter ut ex Lege olim Levitis Sacerdotium ſortitis decimas dederũt fratres ipſorum, Hebr.7.v.5. conſequens eſt ex Lege Levit.28.v.32. Melchiſedekum etiam tanquam Sacerdotem Altiſſimi accepiſſe ex manibus Abrahami Decimas boum, ovium, & caprarum, ex quibus Deo obtulit ſacrificium & Euchariſticum ſimul & Propitiatorium, in cujus acceptatione divina haberet benedictionis, qua ipſi Melchiſedek Sacerdos Altiſſimi benedixit, ſacramentum. Sic Melchiſedekus ſecus quam contendunt Pontificii, Leviticis Sacerdotibus major fuit Donorum & Sacrificiorum nec efficacia nec genere, nec benedictionis natura, quia ſalutem vovit non contulit, pariter ut illi Num.6. v. 23. 27. ſed gradu tantum dignitatis, quod pro munere ſacerdotis regalis pro Abrahamo Patriarcha dona ad ſe adducta Deo obtulerit: & ſuæ benedictionis miniſterio voverit Abrahami poſteris Levitis illam quam egreſſi ex lumbis Abrahami obtinuerunt Sacerdotii dignitatem.

Abrahamus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

Abrahamus Sacerdos.

Sequitur Abrahamus Sacerdos, qui Dei mandato, poſt renovatam ipſi promiſſionem de Semine ex quo naſciturus erat Chriſtus, juſtificatus ex Fide, novo Dei teſtimonio, Vaccam triennem & Capram trimam & arietem annorum trium, turtures quoque & columbas, cruentas hoſtias diviſas per medium, Deo obtulit, illo die quo Deus dicitur cum eo pepigiſſe fœdus. Geneſ. 15. quæ videri poſſent Sacerdotii ipſius primordia inauguralia: quo porro functus eſt poſt exploratam à Deo ipſius ex fide obedientiam in oblatione Iſaaci tentata, arietem offerens holocauſtum pro filio. Geneſ. 22. v. 13. Quanquam jam ante Geneſ. 12. v. 7. 8. legatur bis ædificaſſe Altare Domino.

Iſaacus & Iacobus Sacerdotes.

Abrahamo ſucceſſit Iſaak patre adhuc ſuperſtite poſt ipſi renovatam promiſſionem de ſemine: ædificans Domino Altare. Geneſ. 26. v. 24.

Iſaako ſucceſſit Jacobus, poſt libamen olei infuſum in lapidem (loco illo in Bethel quo ipſi in Viſione cœleſtis ſcalæ per quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

quam aſcendebant & deſcendebant Angeli, Deus ſcalæ innixus renovarat promiſſionem Seminis benedicti,) vovens Deo oblationem Decimarum ex cunctis quæ ipſi daturus erat Deus; conſequenter etiam ut jam dictum eſt de bobus, ovibus, & capris. Geneſ. 28. Quod Votum Dei mandato perſolvens ædificavit Deo altare in Bethel. Geneſ. 35. v. 3. 7.

Iobus Sacerdos.

Circa hæc tempora cenſetur vixiſſe Job in terra Hus, quem Judæi volunt duxiſſe Dinam filiam Jacobi, primariumq; Jobi amicorum Eliphazum eſſe primogenitum Eſaui filium cujus fit mentio. Geneſ. 36. v. 4. vel potius Eliphazi nepotem Themanis filium: quippe Jobum ipſum volunt eſſe Zerachi filium, Rehuelis nepotem, Eſaui pronepotem: Iſaaci abnepotem quintum ab Abrahamo. Ad noſtrum inſtitutum facit quod legatur ipſe quoque pro liberis ſuis & pro amicis obtuliſſe holocauſta. Job. 1. v. 5. c 42. 8.

Agni Paſchalis ſacrificium.

Sequitur in hiſtoria ſacra Paſchalis Agnus Exo. 12. in quo ſtatuimus fuiſſe Sacramentum, ſed non abſque Θυσίας ſeu ſacri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

ſacrificio, veræ Θυσίας & Sacrificii Chriſti pro nobis in mortem oblati typo: quare & typica Lege jubentur Iſraëlitæ לזבח את הפסח θύσειν τὸ πάσχα, ſacrificare Paſcha, Deuter. 16. v. 5. 6. & de Chriſti ſacrificio loquens Apoſtolus inquit, τὸ πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐθύθη Χριστός, 1 Corint. 5. v. 7. Paſcha noſtrum pro nobis ſacrificatum eſt, Chriſtus.

Iethro Sacerdos.

Legitur porro iſtis temporibus Sacerdos fuiſſe inter Madianitas, atque in ipſis Iſraëlitarum caſtris Domino obtuliſſe holocauſta & ſacrificia עלה וזבחים Jethro Moſis ſocer, invitato Aarone & Moſe omnibuſque ſenioribus filiorum Iſraël non ad ſacrificandum ſed ad epulandum, Exo. 18. v. 12. quibus epulis non interfuiſſet Moſes cum reliquis ſenioribus populi ſi Deo acceptum non fuiſſet aut idololatria pollutum Jethronis ſacrificium.

Primogeniti Iſraëlitarum Sacerdotes.

Fit porro mentio Sacerdotum plurali numero qui in populo eximii erant, quorum erat ad Deum accedere, Ex. 19. v. 22. וגם הכהנים הנגשים אל יהוה יתקדשו Etiã Sacerdotes qui accedunt ad Jehovam ſancti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

ſanctificentur: & rurſum verſ. 24. Aſcendeſque tu & Aaron tecum. והכהנים Sacerdotes autem & populus ne tranſeant terminos nec aſcendant ad Dominum, ne forte interficiat illos. Hi cenſentur fuiſſe primogeniti Deo conſecrati. Exo. 13. v. 2. in quorum locum poſtea Deus ſubſtituit & aſſumſit Levitas Sacerdotes & ſacrorum miniſtros Num. 8. Ab iſtis Sacerdotibus cenſemus oblata fuiſſe in deſerto Sacrificia illa quorum cauſa dimiſſionem populi ex Ægypto urgebant apud Pharaonem Moſes & Aaron. Exo. 8. v. 26. 27. quæ fuerunt etiam victimæ & holocauſta ex pecudibus. Exo. 10. v. 25. 26. quod ut urgerent, Deus exſerte mandavit. Exo. 9. v. 13. Quas victimas & holocauſta ſi non ante obtulerunt primogeniti (quod ſuſpicari licet, propter tridui tantum ſeceſſum quem Moſes urgebat, ut extra Ægyptum iter triduanum emēſi Deo ſacrificarent. Exo. 8. v. 27.) ſaltem ipſorum miniſterio uſus eſt Moſes ædificato Altari ad radices montis, ad offerenda illa Pacifica atque holocauſta quorum ſanguine dedicatum fuit Fœdus Dei cum populo, præmiſſa lectione voluminis fœderis audiente populo. Exo. 24.

Initia

Initia Sacerdotii Levitici ordinarii.

Poſt hæc demum tempora ferri cœpit LexSacerdotii Levitici, videlicet poſt acceptas ſecundas Legis tabulas repetita atq; inſtaurata Fœderis ſanctione Exod. 34. & 35. poſtquam adornato tabernaculo ejuſque neceſſaria ſupellectile Exo. 36. 37. 38. 39. tandem Menſe primo prima die ineuntis anni ſecundi à migrata Ægypto, per Moſem oblatis holocauſtis & ſacrificiis ad Tabernaculi erecti dedicationem, exequutioni mãdatum eſt quod Exod. 29. & 30. v. 30. de Aarone & filiis ejus ungendis & ſanctificandis Deus præceperat; atque Aaron per ſacram unctionem inauguratus eſt ordinarius ſummus Sacerdos, collatumque filiis ipſius jus ſuccedendi Exod. 40. & Levit. 8. Ex quo tempore ejus menſis die octavo Aaron Levitico Sacerdotio ordinario fungi cœpit. Levit. 9.

Aaron Extraordinarius Sacerdos ſub Moſe: ante initia Levitici Sacerdotii.

Ante illam inaugurationem ordinarii Sacerdotii Aaronici videtur ſub Moſe extraordinarie functus Aaron ſummo Sacerdotio ſupra primogenitos filiorum Iſraëlis: quanquã vix ullum veſtigium ap-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

pareat functionis Sacerdotalis ante quam juſſus fuit una cum Moſe aſcendere in montem, ſacerdotibus & populo relictis ad radices montis. Exod.19. v.24. Quæ enim dicuntur Exo.4.v.16. והיה הוא יהיה לך לפה ואתה תהיה לו לאלהים Eritq; ut ipſe ſit tibi vice oris, & tu eris illi in Deum: illa dicta ſunt non de ullo Sacerdotio quo ſub Moſe apud Deum fungeretur, ſed de officio interpretis, quo nomine Moſis in legatione ad Regem Pharaonem loqueretur, quæ Legatio fuit Regia, in qua perſonam Regis populi Dei induebat Moſes, habens Aaronem legatum à latere. Erat enim Moſes Rex in Jeſchurun. Deuter.33. v.5. Quæ porro leguntur Exo.16. v.33. 34. quod Aaron juſſu Moſis urnam auream impletam Manna ad menſuram Omer depoſuerit coram Jehova in Tabernaculo aſſervandam: dicta ſunt per manifeſtam anticipationẽ hiſtoriæ: quia multo poſt tempore demum erectum eſt Tabernaculum. Ut nihil reliquum ſit quam quod ipſe una cum Moſe fuerit ἱεροδιώκτης in prima ſacrificatione Paſchatis in Ægypto, quam peregerunt Iſraëlitarum primogeniti, illa nocte qua occiſis Ægyptiorum primogenitis Deus

ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

ex ſervitute redemit populum ſuum ſibique vindicavit in regnum Sacerdotum & Gentem ſanctam. ממלכת כהנים וגוי קדוש Exo. 19. v. 12. Ex quo tempore tantiſper extraordinaria vocatione Sacerdotibus primogenitis præfecti fuerunt Moſes & Aaron, donec conſtitutus eſt ordo Sacerdotii Aaronici, in quo abdicatis aliarum tribuum primogenitis, ſacrorum miniſterio conſecrata eſt tribus Levi: quem ordinem Apoſtolus vocat τὴν τάξιν Ἀαρὼν Hebr. 7. v. 11. & τὴν λευιτικὴν ἱερωσύνην LeviticumSacerdotium. ibidem. Qua τάξει Ἀαρὼν hoc effectum eſt ut ſub uno Sacerdote ſummo miniſtrarint uſque ad Chriſtum verum ἀρχιερέα alii Sacerdotes in populo Dei, qui eſſet typicum Eccleſiæ caput in iis quæ ad Deum pertinent. 2 Chron. 19. v. 11.

Ius novum de Loco Sacrificiis ſacro.

Jus autem Sacrificiorum tunc accurate in Tabulas relatum eſt per Moſem, auctumque multis acceſſionibus Legum, maxime in capitibus duobus, quorum unum eſt. I. de loco ſacro in quo offerri debebant ſacrificia. II. alterum eſt de ſtatis ſacrificandi temporibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

I. De loco ſacrificiorum legitimo generatim præcipitur Levit.17.v.1.9. Deut. 12. v. 14. 26. 27. & c.15. v.20. Speciatim autem circa ſacrificium Paſchatis Deut. 16. v. 2. 5. 6. 7. Quarum Legum ſumma eſt; Non eſſe privatim offerenda Sacrificia in ædibus privatis, aut alio quovis loco quem ſibi quiſque elegerit, ſed adducenda ad Sacerdotem ut ejus miniſterio ſanctificentur, ſanguine ad Altare effuſo in loco quem ſibi elegerit Deus, ut in illo habitet nomen ejus: Summum autem nefas eſſe Deo ſacrificia offerre in locis excelſis idololatria pollutis in terra Canaan, in quibus jubet Deus ut Cananæorum Aras diruant, ſtatuas confringant, lucos ſuccidant & igne comburant, & idola comminuant ac nomina eorum diſperdant ex locis illis, quæ occupaturi erant.

Lex de loco Sacrificiorum varie violata, in locis Excelſis.

Contra hanc Legem varie peccatum eſt in populo Dei poſt mortem Ioſuæ, quâ domatim quâ gregatim graſſante cultu idololatrico, neglecta domo Dei quæ erat in Silo conſtituta, ad eum locum dedicandum vivente Joſue congregatis omnibus

mnibus filiis Iſraël, Joſ.18, in quo coram Iehova inſtituta erat Cleruchia terræ Canaan ad oſtium tabernaculi. cap.19.v.51. cujus loci religionem olim vel bello vindicare decretum erat cæteris tribubus, contra Rubenitas, Gaditas & dimidiam tribum Manaſſe, quando illam videbantur violaſſe ædificato magno Altari ad tumulos Jordanis, Joſu.22. v.10. &c. A quo zelo priſtino domus Dei eouſque defecerunt, ut alii privata ſibi nemora eligerent in quibus Deo ſacrificarent. ut pater Gedeonis Jud. 6. v. 25. alii domeſticos legerent Sacerdotes. ut Micha ille. Jud. 17. v. 1. &c. alii in tribu ſua ſeorſim Sacerdotium conſtituerent, Jud.18.

Similiter peccatum eſt in populo Juda poſt ædificatum à Salomone Templum Hieroſolymitanũ, manente cultu ſacrificiorum extra Templum & urbem ſanctam in aliis locis excelſis: ac notatur in piis regibus defectus zeli in hoc negotio Reformationis, puta in Aſa 1 Reg. 15. v.14. in Joſaphato 1 Reg.22.v.44. in Manaſſe poſt converſionẽ 2 Chron.33.v.17.

Loca Excelſa permiſſa aliquando fuerunt, extra ordinem.

Hic accuratiorem diſquiſitionem flagitat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

gitat Legis divinæ διάνοια, propter circumſtantias peccati Ieroboami & populi Iſraëlitici, quarum una principalis hæc eſt, loci ſacri delectus in Dan & Bethel, contra electionem divinam Templi Hieroſolymitani: in quo poſſit videri parum ſitum eſſe ad Religionem Sacrificiorum momẽti, collata ad Legem hiſtoria temporum quæ Salomonem præceſſerũt, in quibus videtur Deus non adeo ſevere ad illam adſtrictum voluiſſe populum ſuum: Etenim à Gedeone non ſolum Deus acceptum habuit ſacrificium ſub quercu in Ophra oblatum Jud. 6. v. 18. 24. ſed inſuper ipſe Gedeoni mandavit ut ſublato altari patris & ſucciſo nemore ſeu luco, Altare ædificet in loco excelſo, videlicet in ſummitate petræ ſupra quam ante ſacrificium poſuerat, in eoque ſuper ſtruem lignorum, quæ de luco ſucciderat, taurum offerat in holocauſtum. ibidem verſ. 25. 26. Similiter Sacrificium acceptavit Deus in terra tribus Dan à Manoacho patre Simſonis, Jud. 13. v. 16. 20.

Samuel ſacrificavit in Excelſis abſque peccato; ordinarie.

Rurſus Samuel à Deo cum fiducia præfectus populo Dei & in præfectura ſua fidelis

delis (quod utrumque complectitur vox נאמן qua ipſe commendatur à Scriptura 1 Sam. 3. v. 20. pariter ut Moſes, Num. 12. v. 7.) Samuel inquam non adſtrinxit ſe in Sacrificiorum immolatione uni loco poſt profanatam à Philiſtæis domum Dei in Silo, cum jam illata eſſet in domum Aminadab Arca fœderis à Philiſtæis redux in Kirjat Jearim. 1 Sam. 7. v. 1. &c. atque ipſe eouſque promoviſſet Reformationis negotium, ut qui ſervierãt idolis Baalim & Aſtaroth porro ſervirent Deo ſoli. ibidem verſ. 4. Nam & in Ramoth ubi erat domus ejus, atque ubi judicabat Iſraëlem, ædificavit altare Domino in loco excelſo in quo Sacrificium erat populo, cum eo accederet Saul quærens aſinas patris ſui, cui benedicebat Samuel, & cujus epulo exceptum Saulem unxit in Regem. confer. 1 Sam. 7. v. 17. cum 1 Sam. 9. v. 12. 13. 14. Et præterea in civitatibus quas dicitur 1 Sam. 7. v. 16. per ſingulos annos obiiſſe & in illis judicaſſe Iſraëlem, ſacrificia quoque curavit, nempe in Bethel, in Gilgal & Mitzpa. quippe ſacrificavit ipſe in Mitzpa ibidem verſ. 9. Et procul omni dubio ſacrificiorum cauſa aſcendiſſe dicuntur ad Deum

in Bethel tres viri: unus portans tres hædos,&c. 1 Sam.10. v.3. In Gilgale quoque locus fuit ſacrificiis dicatus. nam illic immolatis victimis pacificis legitur Saul regno inauguratus coram Jehova 1 Sam.11. v.15. & manu Samuelis in fruſta conciſus Agag ſimiliter coram Jehova: cap.15. v.33. & ante in eodem loco ſe ſacrificaturum à Saule expectari voluerat, cum adventum ejus præoccuparet Saul. cap.13. v.9. Denique etiam in Bethlehem Samuel uncturus Davidem Dei mandato obtulit ſacrificium, cujus epulo ut intereſſent ſanctificavit Iſai omneſq; ejus filios. c.16. v.1.5. & cõtinuata ibi fuiſſe ſacrificia, nominatim quæ noviluniis ſolemnia erant, liquet ex prætextu quo David voluit ut à Jonathane apud patrem Saulem excuſaretur ipſius abſentia. cap. 20. v.6.28.29.

Loca Excelſa ſub regno Davidis.

Sub regni Davidis initia etiam in Hebrone locus fuit ſacrificiis dicatus, ut apparet ex prætextu illo quo uſus Abſalom à patre Davide impetravit dimiſſionem, ſcilicet Deo in Hebrone ſacrificaturus. 2 Sam.15. v.7.8.12. Ex oratione autem Abſalomi ſi animum advertas liquet ibidem

dem coram Deo ſacrificatum fuiſſe, cum Dei mandato illuc profectus David ungeretur Rex ſupra domum Juda 2 Sam. 2. v. 1. 4. & Rex ſupra Iſraëlem. cap. 5. v. 3. neque enim conſentaneum eſt abſque illo ſacro ritu unctionem iteratam cum quo olim à Samuele cœpta erat in Bethlehem; & qui in Saulis unctione & inauguratione fuerat adhibitus.

David quoque etiam poſt illatam Arcam fœderis in Tabernaculum quod ipſe tetenderat Hieroſolymis in Arce Zijonis, uſque ad illam tempeſtatem qua in area Arauna Altare dedicavit propitiationi illi qua placato Deo deſiit ſævire peſtis triduum graſſata ob peccatum Davidis in numeratione populi; Altare holocauſtorum reliquerat in loco excelſo in Gibeon in Tabernaculo quod fecerat Moſes in deſerto, conſtitutis coram eo Sacerdotibus Sadok & fratribus ejus, ita ut in illo excelſo Gibeon offerrentur holocauſta Domino ſuper altare holocauſtorum jugiter mane & veſpere: eſſetque adeo in Area illa Arauna Jebuſæi tertius uno tempore locus ſacer cum in eo ſacrificaret David. confer loca 2 Sam. 6. & 1 Chronic. 15. & 16. cum 2 Samuel. 24.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

verſ. 24. 25. & 1 Chro. 21. verſ. 26. 28. 29. 30.

De Salomonis ſacrificio in Excelſo in Gibeon.

Singularis conſiderationis eſt quod in hiſtoria regni Salomonis hac cenſura notatur ipſe ante ædificatum Templum, quæ legitur 1 Reg. 3. v. 2. 3. 4. Tantummodo populus ſacrificabant in excelſis: quia nondum ædificata fuerat domus nomini Jehovæ ad hos uſque dies. Amabat enim Salomo Jehovam ambulando in ſtatutis Davidis patris ſui, tantummodo in iſtis excelſis ipſe ſacrificabat & adolebat. Abiit itaque rex in Gibeon ad ſacrificandum ibi: eo quod eſſet excelſum magnum, mille holocauſta obtulit Salomo in altari iſto: confer 2 Chron. 1. 3. Certum eſt ex ſequenti hiſtoria apparitionis Dei in ſomnio, quo Salomoni optionem fecit poſtulandi quas vellet benedictiones, acceptum Deo fuiſſe in illo excelſo oblatum ſacrificium; & videtur Scriptura ipſa de populo loquens de peccato illum abſolvere propter nondum ædificatum templum: Quin ſi hiſtoriam temporum Davidis jam expoſitam ſpectemus, vix videtur dici poſſe Salomon hic

hic peccaſſe quin ſimiliter peccarit David. Quid ergo ſibi volũt illa verba quibus cum hac exceptione dicitur ambulaſſe in ſtatutis Davidis patris ſui, quod (præter ſtatutum Davidis patris ſui) tantummodo ſacrificarit in excelſis iſtis, in excelſo magno in Gibeon? Reſpondemus: videri ex initio capitis 22. 1 Chron. Davidẽ illis verbis, Hic eſt locus Jehovæ Dei, & hic eſto locus altaris ad holocauſtum pro Iſraële, præcepiſſe ut ex illo tempore Altare holocauſti & Tabernaculum quod fecerat Moſes in deſerto aſportaretur ex loco excelſo in Gibeon, nec in poſterum alio loco quam in area illa dicata ædificationi Templi, Deo offerrentur ſacrificia. Salomonem autem puerum ac tenerum, ut illum vocat David, ibidem verſ. 5. illud præceptum Davidis non meminiſſe quando ex veteri more abiit cum toto Iſraële ſacrificatum in excelſo Gibeon: Quod ipſi non imputans Deus, dedit ipſi ſupplicanti Sapientiam abundantiſſimam, qua uſus, videtur ſe mox correxiſſe: ex ſomnio evigilans enim ilico ſe Hieroſolymam confert ibique ſacrificia offert holocauſta, coram Arca fœderis 1 Reg. 3. v. 15. Videtur ergo à tempore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

Samuelis uſque ad datam Salomoni divinitus ſapientiam, à profanata Silo uſque ad dedicatam Templo aream Arauna Iebuſæi, Deus non adſtrinxiſſe ex Lege illa Moſaica Sacrificantes ad unius loci religionem, atque varia etiam loca elegiſſe non tantum ſucceſſive, pro varia migratione Tabernaculi & Arcæ fœderis, V.G. mutata habitatione Sacerdotis, cujus cuſtodiæ domi credita erat, ex Kirjat-Jearim in Gibeon: verum etiam uno eodemque tempore, ut ſub Samuele & Davide: Unicum autem locum tandem elegiſſe quando David præcepit ut domus Dei eſſet in area Arauna, in qua ædificato Templo per Salomonem vix aliquam habuerunt peccati πρόφασιν qui alibi in excelſis ſacrificarunt: & mira fuit in populo cordis duritia qua præpediti fuerunt Aſa, Joſaphatus,&c. quominus tollerent loca excelſa. Neque ullum peccato Jeroboami patrocinium ex illis quæ olim diſpenſatione divina, quin ipſo volente acciderunt in ſpeciem contra Legem generalem de Sacrificiorum omnigena oblatione ad oſtium Tabernaculi.

Legis

Legis de loco ſacro oblationibus διάνοια.

Ad Legis ergo illius de unico Sacrificiorum loco διάνοιαν videtur facere, prævia Electio Domus permanentis in qua quieſceret Arca fœderis; quæ Domus nulla cenſetur fuiſſe præterquam in Silo & in Templo Hieroſolymitano: neque enim juxta Templum alterius Domus quam in Silo fit mentio, quando Templi everſionem & profanationem minatur Deus. Jer. 7. v. 12. 13. 14. At cum Domus illius in Silo Electio cenſeretur nulla, quippe cujus Deum quaſi pœnituiſſet, prima ἀμεταμέλητος Electio habita fuit illa qua locus delectus fuit Templo ædificando: quod præ ſe ferunt manifeſte verba Dei ad Davidem, à Salomone prolata: A die qua eduxi populum meum Iſraël de Ægypto, non elegi civitatem de univerſis tribubus Iſraël, ut ædificaretur domus & eſſet nomen meum ibi. 1 Reg. 8. v. 16. Quare generatim quidem vi Legis Moſaïcæ non fuit arbitrii vel electionis humanæ locus in quo offerrentur Sacrificia: ſed Dei nutus exſpectandus fuit, quem ille locum eligeret: quem quidem ex illo tempore poſt tranſitum Jordanem nullum

lum

lum elegit extra terram Sanctam: Unicum autem locum ſtabilem in terra ſancta in quo ſolo fas eſſet offerre, extra illum autem nefas, bis tantum elegit, tempore Joſuæ in Silo Joſ. 18. deinde in dedicatione Areæ Arauna Jebuſæi. 1 Chro. 22. Medio autem tempore poſt profanatam domum in Silo, non fuit piaculum in locis excelſis variis ſacrificare, modo Altaria idololatrica diruta, & luci ſucciſi, omnia idololatriæ monumenta everſa eſſent, ad exemplum Gideonis qui extraordinario Dei mandato etiam ante illa tempora idem fecit Judic. *6*. ut ſupra indicavimus.

Poſt ædificatum autem Templum piaculum fuit non tantum Altari idololatrico in loco excelſo communicare, ſed etiam Altare in excelſo loco dedicare ſoli vero Deo, in eoque ſacrificia offerre: Ut notari videantur in hiſtoria Aſæ, Joſaphati, non reliquiæ aliquæ cultus idololatrici, ad quas connixerint Reges illi, ſed ſimiles locorum excelſorum frequentationes in veri Dei cultu, quales olim fuerant à temporibus Samuelis. quas vi Legis Moſaïcæ & præcepti Davidici oportebat abolitas.

Locus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

Locus extraordinarius ſacrificii Eliæ.

Extraordinarium autem fuit negotium Eliæ Prophetæ extra terram Juda coram Iſraëlitis in monte Carmeli ſacrificantis juvencum Deo vero, qui igne cœleſti Sacrificium ſibi placere, contra cultũ Baalim teſtatus eſt: Neque enim hoc Eliæ ſacrificio religio Templo Hieroſolymitano abrogata fuit, ſed vindicata cum zelo Prophetæ divino miraculo. 1 Reg. 18. v. 19. 40.

Stata ſacrificandi tempora.

II. Alterum caput in Jure Sacrificiorum Moſaïco eſt de Statis ſacrificandi temporibus; Ex qua temporum differentia ſunt ſpecialis conſiderationis

I. *Mane & veſperi quotidie.*

Sacrificium juge quotidianum, Agni anniculi immaculati duo, offerẽdi in holocauſtum alter mane alter veſperi juxta Legem Exo. 29. v. 38. &c. Num. 28. v. 3. 8. עלה תמיד Lxx. vocant Θυσίαν vel Ὁλοκαύτωμα τοῦ ἐνδελεχισμοῦ vel τὸν ἐνδελεχισμὸν Eſræ 3. 5. Nehem. 10. v. 33. Hujus Sacrificii jugis ablatio per Antiochum prædicitur à Daniele tanquam calamitatis ſuperventuræ cũ excidio Templi κεφάλαιον.

Dan.

Dan.11. v.33. & 12. v. 11. Ultra quotidianum Sacrificium, ſtata erant Sacrificiorum tempora

II. *Sabbatum.*

Sabbatum. Num. 28. v. 9. 10. in quo ultra Sacrificium juge inſuper offerendi erant duo agni anniculi immaculati cum auctiore libamine & farinacea oblatione.

III. *Neomeniæ.*

Novilunia & Kalendæ menſium, quæ ſuas quoque habebant Sacrificiorum & Oblationum additiones, quas vide Numer.28. v.11.

IV. *Paſcha.*

Feſta Anniverſaria potiſſimum tria illa una Lege comprehenſa Exo. 23. v.15.17. & 34. v. 25. quorum primum eſt Paſcha cum ſua paraſceve & diebus Azymis, à XIV. ad XXI. diem menſis Niſan: cui Feſto ſolenne ſacrificium erat Agnus Paſchalis non ſine aliis ſacrificiorum additionibus. Exo.12. Num.28. v.16.25. Deut. 16. v.2. 2 Reg.23. & 2 Chron.35.

V. *Pentecoſte.*

Secundum Feſtum eſt Pentecoſte. quod nomen obtinuit, quia ejus ἐξόδιον erat tem-

tempore antemeridiano diei quinquageſimæ à Paſchate, VI. Sivan. Hujus Sacrificiorum additiones lege præſcriptas ſupra juge Sacrificium vide Levit.23.v.17.18.19. Num.28.v.27.

VI. *Feſtum Tabernaculorum.*

Tertium Feſtum anniverſarium eſt τῆς σκηνοπηγίας Feſtum Tabernaculorum, dierum ſeptem à XV. ad XXI. Tiſri. qui ultimus Feſti dies à peculiari ritu portationis faſciculi Judæis vocatur שביעי של ערבה Septimus ſalicum. Hujus ſacrificiorum additiones vide Num.29.v.12. &c.

VII. *Feſtum Clangoris tubarum.*

Inter duo illa poſteriora intercurrunt duo alia eodem menſe Tiſri: prius in Kalendis menſis Tiſri, quas propter initium anni civilis vocant ראש השנה. vocatur autem Feſtum Clangoris tubarum. à ritu præſcripto Levit.23. v.24. Sacrificiorum autem additiones vide Num. 29. v.1. &c.

VIII. *Feſtum Expiationis, quotannis.*

Alterum Feſtum intercurrens eſt Feſtum expiationis ſeu יום הכפורים die Tiſri x. quo die ſemel quotannis Sacerdos ſummus ingrediebatur Sanctuarium: cujus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

jus diei Sacrificium peculiare vide Levit. 16. & 23. v. 27. & Num. 29. v. 7.

IX. *F. Exp. in Anno Sabbatico.*

Major Solennitas hujus diei Expiationis fuit Anno quoq; ſeptimo qui ad agriculturam erat Sabbaticus. Levit. 25. v. 1.

X. *F. Exp. in anno Iubilæo, cujus duplex Computus.*

Maxime autem ſolennis poſt annos ſepties ſeptem ſeu XLIX. anno Jubilæo: de cujus computo Chronologi certant & adhuc ſub judice lis eſt. Lex hæc eſt. Levit. 25. v. 8. 10. 11. Numerabis quoque tibi ſeptem hebdomadas annorum id eſt ſepties ſeptem quæ ſimul faciunt quadraginta novem: Et clanges buccina menſe ſeptimo, decima die menſis, propitiationis tempore, in univerſa terra veſtra Sanctificabiſque annum quinquageſimum, &c. Quia jubilæus eſt & quinquageſimus annus. Illorum ſententia maxime probabilis videtur, qui cēſent, Quinquageſimum annū vocari Iubilæum, quia ab uno Jubilæo ad alterum ſunt quinquaginta anni incluſo utroque termino: Jubilæum autem proprie eſſe annū ſeptimæ annorum ſeptimanæ ultimum: Quando itaq; ſumi-

ſumitur pro toto intervallo annorũ quod intercedit ab uno Jubilæo ad alterum, hoc ſpatium proprie eſſe ſeptem hebdomadum, annorum 49. Sed ad numeri rotundationem Jubilæo ὁλοσχερῶς & ἀκυρολόγως ſumpto tribui annos 50. Occaſio ἀκυρολογίας eſt duplex Judaïci anni computus, Sacer & civilis, quorum prior circa meſſis: alter circa ſationis initia inchoatur: Septimanæ autem annorum computantur à ſationis initio poſt conſummatam meſſem ſeu collectionem ſegetum ac fructuum menſe anni ſacri ſeptimo: unde ſi in Jubilæo computes annos ſacros, habes ſolidos annos 48. cum duobus ſemeſtribus, qui putantur duo anni incompleti in Chronologia. Si ſecus putetur annus quinquageſimus, videntur anni quinquageſimi intercurrentes turbare ac invertere computum annorum Sabbaticorum, ſaltem illorum æram ſingulis Jubilæis refigere. Pro cõtraria quidem ſententia videtur facere Judæorum Chronologia in Seder Olam Rabba, ubi auctor pro Jubilęis 17. putat annos 850. cum anni decies ſepties 49. faciunt tantũ annos 833. Verũ enimvero quia ſignanter dicit יובלות שלמין videtur innuere com-
puti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

puti diverſitatem, qua κατ' ἀκρίβειαν Jubilæo tribuantur anni 49. Craſſiori autem Minerva ad uſum in Chronologia faciliorem illi tribuantur anni 50. Quid ſi ergo Judæi utrumq; computum miſcuerint, numerantes utroque pacto Jubilæos & per 49. & per 50. annos: quod ipſis facillimum fuit una opera efficere, adhibita periodo magna Jubilæorum, quæ ductis 49. per 50. compleret annos 2450. quot Phil. Lansbergius in Chronologia ſacra putat fluxiſſe à conditu mundi uſque ad Exodum, quæ ipſi incidit in annum mundi completum 2449½. qui erat annus mundi currens quinquagies quadrageſimus nonus, & quadragies novies quinquageſimus. Non tangimus jam controverſiam de anno mundi tempore Exodi, in qua aſſenſum facile à nobis impetraret Lansbergius, ſi ſolide confutaſſet ſentẽtiam de Natali Abrahami anno patris Therachi 130. Beneficio magnæ quam ille ſuggeſſit Jubilæorum periodi, ita numerari ab Exodo potuerunt Jubilæi & per 49. & per 50. annos, ut exceſſus anni quinquageſimi pro annorum excedentium numero fecerit numerum Epactalem. V.G. completis Jubilæis 17.

anno-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

annorum 50, complebatur annus decimus ſeptimus currentis Jubilæi decimi octavi annorum 49. Iterum completis Jubilæis 48. annorum 50. complebatur annus quadrageſimus octavus Jubilæi currentis quadrageſimi noni annorũ 49. Item completis 49. Jubilæis annorum 50. nihil eſt reſiduum ultra 50. Jubilæos annorum 49. Eſtque illius ultimæ quinquagenæ & primus & ultimus annus Jubilæus & Sabbaticus. Libuit hanc conjecturam adferre ad componendam litem Chronologicam, quæ ſtudio partium eouſque agitata eſt, ut Paræus Scaligero & Calviſio dicam hanc ſcribat in ſynopſi Chronologiæ ſacræ: quod litem Deo movere non dubitent. Abſit tam grande nefas & morte piandum, ab hiſce Exercitationibus circa Legum veteres Umbras, quas habuerunt ſtatæ illæ temporum ſolennitates, & Annorum Sabbata.

De cætero obſervamus ad præſens inſtitutum, non eſſe auctam ullis Sacrificiorum additionibus ſolennitatem diei expiationis x. Tiſri quando annum Sabbaticum vel Jubilæum inchoavit, ſed Politicis tantum Legibus de ceſſatione Agriculturæ, de ſervorum manumiſſione, &

de poſſeſſionum σεισαχθείᾳ ad praxin fidei in Deum & charitatis erga proximũ.

Statæ illæ ſolennitates cum ſacrificiorum additionibus, auctum habuerunt Sacramentum ſanctificationis.

Quod autem ſupra diximus de omnibus univerſim Sacrificiis, habuiſſe in illis Sacramenti rationem externa & viſibilia ſigna, quibus Donis oblatis teſtimonium perhibebat Deus: id κατ᾽ ἐξοχὴν Deus vindicat & dierum Sabbato propter auctam in illo Sacrificiorum religionem; cum inquit, Sabbata mea ſervatote: Nam ſignum eſt inter me & vos per generationes veſtras, ad cognoſcendum me Jehovam eſſe qui ſanctifico vos. Exod. 31. v. 13. Et anniverſariis ſolennitatibus; in quibus ceſſatio & quies præſcripta erat, una cum ſacrificiorum additionibus quibus quies illa ſanctificabatur, ſeu annuatim, ſeu per annorum hebdomadas, ſeu per Jubilæos: Ezech. 20. v. 12. Atque etiam Sabbata mea dedi ipſis, ut eſſent ſigno inter me & ipſos, ut ſciretur me Jehovam ſanctificare ipſos.

Feſtum Purim non erat veri nominis Feſtum, quia nulla habebat propria Sacrificia.

Extra hunc cenſum Feſtorum in quibus

bus tanquam majoribus Sabbatis aucta erat Sacrificiorum ſolennitas, Feſtorum computo additur à Judæis Feſtum Purim, biduum nempe illud quod auctor lib. 2. Maccabæorum cap. 15. vocat Dies Mardochæi: qui temporibus Heſteræ ſublato Hamane dicati fuerunt lætis conviviis, & miſſioni portionum alterius ad alterum, & donorum ad egentes in unaquaq; provincia & civitate. Eſter. 9. v. 20. 32. Enimvero quia nec XIV. nec XV. menſis Adar, niſi forte in Sabbatū ſeptimanæ dierum incideret, nulla veteri Lege ſacer erat, neque ullas habebat Sacrificiorum additiones: neque illo tempore τῆς διασπορᾶς extra terrā ſanctam exulantibus Judæis, ceſſantibus ſacrificiis, cum ſacrificiorum religione dedicari potuerūt dies illi, cum qua jam per inductionē videmus omnia veri nominis Feſta divinitus dedicata in populo Judaïco, eo fine ut convivia ἑορτάσιμα per quæ Altari communicabant epulantes, non eſſent cœnæ purę ſeu mera convivia, ſed haberent Sacramentum obſignans eſcam & potum ſpiritualem: Cum etiam hiſtoria inſtitutionis dierum iſtorum nihil loquatur quam Cœnas puras ſeu meras conviviorum ἀγάπαις: nihil

omnino

omnino eſt quod arguat inſtitutum veri nominis Feſtum cum ceſſatione ſancta à labore ſervili, inſtar Sabbati ſacri: ſed res ipſa loquitur fuiſſe tantũ Politicam conſtitutionem ſolennium cõviviorum, qua nec loco ſacro, nec terræ ſanctæ, nec ſacrificiorum legibus adſtringerentur. Dicemus obiter cenſere nos, horum dierum & Cœnarum Purim meminiſſe Tertullianum adverſus Marcionem lib. 5. c. 4. cum inquit, Dies obſervatis & menſes & tempora & annos & Sabbata, ut opinor, & Cœnas Puras & jejunia & dies magnos. Neutiquam tamen exiſtimamus id velle Tertullianum, quod nos diximus, fuiſſe in diebus Mardochæi inſtitutas Cœnas puras ſeu mera convivia; ſed cenſemus ex mendo quod in Græcis Bibliis eſt ubi vox Græca φρουραὶ legitur pro Hebræa פורים, vel amanuenſibus vel ipſi Scriptori Afro, natum eſſe novum mendum, ut obrepſerit Cœnas Puras pro Cœnas Purim. Lubet etiam hoc adnotare, Judæos in computo ſuo, quo Feſtis ſingulis aſſignant ſtatas ferias in quas incidunt, primum bidui diem quem denominant פורים XIV. Adar, adſtringere ad Canonẽ ואגה, quo charactere neceſſario inci-

incidit vel in feriam ſextam vel primam vel tertiam vel quintam, nunquam autem in ſecundam, quartam vel Sabbatum, ut ne quidem per Judaïcam περιεργίαν, ullam poſtliminio habere potuerit ſacrificiorum neceſſariam religionem à Sabbato mutuatam Cœna prioris diei, poſterioris autem diei Cœna raro inciderit in Sabbatum.

Tempora ſacrificiorum ſtatuta certis occaſionibus.

Præter ſolennitates iſtas ſtatas in quibus offerenda erant Sacrificia nomine totius populi, erant alia Sacrificia ſtata certo tempore offerenda pro ſingularibus perſonis. I. Puta pro puerperis poſt expletos dies purificationis triginta tres ſi maſculũ, 66. ſi fœmellam pepererint, quorum Sacrificiorum Lex eſt Levit. 12. II. Pro Leproſo poſt mundatam lepram. Levit. 14. III. Pro viris gonorrhœam paſſis, die octavo poſt emundationem ſeu morbi ſanationem. Levit. 15. v. 14. 15. IV. Pro fœmina ſanata à fluxu ſanguinis poſt ſeptem dies purificationis: ibidem verſ. 28. 29. 30. & ſi quæ ſunt ſimiles ſtatæ Sacrificiorum Leges.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

Sacrificia incerti temporis, vel libera.

Deinde fuerunt alia Votiva Sacrificia & oblationes ſpontaneæ, quæ non habebant certi temporis legem nec pecudum numerum definitum, ſed pro re nata & pro facultatibus offerebantur. Num. 29. v. 39. c. 15. v. 3. &c.

Vel imperata per Cenſuram Eccleſiaſticam.

Denique præter ſtati temporis illas oblationes pro ſingularibus perſonis, & Votivas ac Spontaneas oblationes, cenſemus occaſione publici ſcandali, vel gravioris peccati quod occultum eſſe non potuit, injuncta fuiſſe juxta Legem divinam Sacerdotum judicio peccata confeſſis & pœnitentibus, per modum publicæ reconciliationis cum Deo & Eccleſia: qualia Sacrificia antonomaſtice Scriptura vocat חטאת περὶ ἁμαρτίας Oblata pro peccatis, & אשם περὶ πλημμελείας Oblata pro delicto. Levit. 4. 5. 6. & paſſim in Moſe. de quibus amplior dicendi locus erit in ſequentibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

PROBLEMA II.

Quo Auctore Sacrificia offerri cœperint: Deine inſtitutione & mandato, an per hominis ἐθελοθρησκείαν?

SUccedit jam Problema alterum, quo diſquirimus ad Sacrificiorũ hiſtoriam; Quo Auctore offerri cœpta ſint, Deine inſtitutione & mandato, an per hominis ἐθελοθρησκείαν; ſive ut verba Chriſti interrogantis ſuper Baptiſmo Johannis huc accommodemus, Fuerintne ex Cœlo, an ex hominibus?

Νομοθεσία Sacerdotii Levitici, præcepit ſacrificia, non indulſit.

Extra controverſiam eſt Divinam eſſe τάξιν Ααρὼν Ordinem Aaronici Sacerdotii & νομοθεσίαν Sacrificiorum eorumque τακτὰς ἡμέρας ſtatos dies & tempora, atque oblationes ordinarias atque extraordinarias à Moſe præſcriptas. Attamen de hujus quoque divinæ νομοθεσίας conſilio diſquiritur propter opinionem quorundam Veterum Patrum, qui exiſtimarunt, proprie loquendo non præcepta fuiſſe Lege Moſaïca Sacrificia ſed indulgentia divina tantum permiſſa, ne Judæi aſſueti Ægyptiorum cæremoniis, ſi nulla ipſis ſacrificia fuiſſent conceſſa quæ immola-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

rent Deo, dæmonibus prout aſſueverant ſacrificia offerrent. Sic cenſet Theodoretus Græcan. affect. Serm. 7. de ſacrificiis, Iſraëlem, inquit, longum tempus in Ægypto verſatum, praviſque moribus illius regionis imbutum, ab Ægyptiiſque edoctum, idolis ac dæmonibus hoſtias immolare ..... Jamque in harum rerum habitu conſtitutum, liberare Deus deſiderans, ſacrificare quidem permiſit, non tamen omnia, neq; falſis Ægyptiorum Diis, ſed ſibi ſoli ac vero Deo Ægyptiorum Deos ſacrificium victimaſq; offerre: Et mox: Itaque ſapientiſſimus ille Medicus hoc remedii genus adhibuit Ægyptiæ ęgritudini, dum ſacrificare quidem Judæis ad eorum imbecillitatem indulſit, &c. Latinæ editionis tomo 2. pag. 609. In eandem ſententiam loquitur Hieronymus ex verbis Jerem. cap. 7. v. 21. Manifeſte, inquit, intelligitur quod primum Decalogum dederit in tabulis lapideis ſcriptum digito Dei: & poſt offenſam idololatriæ caputq; vituli, poſtea juſſerit ſibi magis fieri quam dæmonibus, auferens puram religionem mandatorum Dei & concedens ſanguinem victimarum carniumq; deſiderium. Idem

in

in Eſai.1. v.12. Hoſtiæ ergo & immolatio victimarum non principaliter à Deo quæſita ſunt, ſed ne idolis offerrentur. Loca Scripturæ quæ pro illa opinione facere videntur, neque comparate loqui ſed abſolute, non fuiſſe primo imperata Sacrificia, per miniſterium Moſis; ſunt potiſſimum tria: quæ operæ precium erit accuratius excutere. I. Jerem. 7. v.22. Quia non ſum loquutus cum patribus veſtris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Ægypti de verbo holocautomatum & victimarum, &c. II. Amos 5. v.25. Nunquid hoſtias & ſacrificium obtuliſtis mihi in deſerto quadraginta annis, domus Iſraël? Et portaſtis tabernaculum Moloch veſtro. III. eſt locus parallelus Act. 7. v.42. ubi verſu præcedenti μοσχοποιΐαν Stephanus commemoravit, quod Hieronymus videtur arripuiſſe quaſi occaſionem Legi Sacrificiorum dederit μοσχοποιΐα.

Ceſſatio Sacrificiorum per XL. *annos in deſerto, iræ divinæ indicium fuit.*

Ad cuncta hæc loca obſervandum eſt; Negari in deſerto per annos XL. ſacrificia obtuliſſe Iſraëlitas, neque Deum præcepiſſe illo tẽporis intervallo ut offerrent.

 Ho-

Horum annorũ æra eſt circa vindemiam anni ſecundi à migrata Ægypto, quando Iſraëlitis xl. annorum migratio in deſerto denunciata fuit in pœnam murmurationis ab exploratoribus Sycophantis decem excitatæ. Numer. 14. v. 33. Anno ut minimum integro poſt μοσχοποιΐαν. Nolumus negare eadem pœna etiam vindicatum μοσχοποιΐας peccatum, quod videtur flagitare Analyſis verborum Stephani: Sed hoc apparet perperam hinc elici ab Hieronymo poſt offenſam illius Idololatriæ Deum Sacrificia permiſiſſe: contrarium enim ſequitur, propter offenſam illam quam ſuperveniente murmuratione jam dicta Deus ad animum revocavit iterum, Deum quaſi pœnituiſſe νομοθεσίας de Sacrificiis datæ: adeo ut ſequentibus xl. annis Sacrificia non acceptarit: cum jam ante deficerent ipſis in deſerto carnes ex quibus σφάγια offerrent. cap. 11. Cenſemus ergo hanc eſſe in iſtis locis mentem Spiritus ſancti: Deum ſub initia ſtatim νομοθεσίας de ſacrificiis; anno ſecundo à migrata Ægypto, vix inaugurato Aarone & filiis ejus: pertæſum blaſphemæ murmurationis, qua illos pœnituerat vocationis qua Deus illos vocave-

rat ut ſibi extra Ægyptum ſacrificarent, cum juraſſet illos in deſerto morituros in ira ſua, averſatum ipſorum ſacrificia, donec illis morte abſumptis in fine annorum XL. cum filiis ipſorum in deſerto natis tranſito Jordane fœdus inſtauravit una cum Sacrificiorum cultu, initio facto à Sacrificio Paſchatis in Gilgale in campeſtribus Jericho. Joſu. 5. verſ. 10. 11. Ex cujus Paſchatis hiſtoria evidens eſt, ne liberos quidem Iſraëlitarum in deſerto natos ſacrificare potuiſſe, quippe qui ipſa Sacrificiorum Lege arcerentur à Sacrificiis offerendis illo XL. annorum intervallo, quia non circumciſi erant. Joſ. 5. v. 5. 6. 7. 8 9. toto ergo illo tempore ceſſarunt una cum circumciſione Sacrificia, Deo Sacramentis extraordinariis, miraculoſo videlicet pane cœleſti, & miraculoſa aquatione ex petra, cum populo illo fovente fœdus ſuum, propter illos qui ingreſſuri erant terram Canaan: vide 1 Cor. 10. v. 3. 4. 5. quæ duo Sacramenta impiis tantum profuerunt ad ventrem paſcendum; credentibus vero etiamſi incircumciſis, neque ad Sacrificia offerenda idoneis ex Lege cæremoniali, obſignabant teſte Apoſtolo Eſcam & potum Spiritualem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

lem. Atque hoc pacto Deus quidem teſtatus eſt, neque Circumciſioni neque Sacrificiis adeo neceſſario adſtrictum fuiſſe cultum ſuum & Adorationem, quin abſque illis miſereri poſſet quorum vellet. Attamen in cultus exterioris œconomia illa Circumciſionis & Sacrificiorum ceſſatio, fuit iræ & indignationis divinæ παράδειγμα, quo infideles voluit παραδειγματίζαι, propter inſtituti Sacerdotii contemptum in ſeditione contra Moſem & Aaronem excitata: quapropter in Gilgale cum per circumciſionem iterum Sacrificiorũ oblationibus initiati eſſent, dicit Deus ad Joſuam: Hodie abſtuli opprobrium Ægypti à vobis. Joſue 5. v. 9. Atque idem confirmat hiſtoria Num. 25. ubi zelus Pinehas filii Eleazari filii Aaron contra ſcortationem populi cum filiabus Moab, cum qua etiam idolothyta Baal Peor comederant, coronatur hac remuneratione divina verſ. 12. 13. Ecce do ei pacem fœderis mei. Et erit tam ipſi quam ſemini ejus pactum ſacerdotii ſempiternum, quia zelatus eſt pro Deo ſuo: & expiavit ſcelus filiorum Iſraël. Hinc manifeſtum eſt ceſſationem ſacrificiorum in quibus ſita erat Sacerdotii functio ſymbolum

bolum fuiſſe inimicitiæ Dei cum populo fœdifrago, poſt quam Deus pacem fœderis cum liberis in Ægypto natis inſtauraturus, illam firmaturus erat inſtaurato Sacerdotio, cui miniſtraturi eſſent per Sacrificiorum λειτουργίαν Pinehas & ſemen ipſius. Non fuiſſet Deus Pinehaſo & ſemini ejus loquutus intra illos XL. annos de Sacrificiorum liturgia ipſius ſemini vindicanda, per modum benedictionis qua ipſe & ſemen ejus eſſent in populo eximii, ipſiuſque juſtitiæ ad poſteritatem exſtaret monimentum perpetuum; ſi XL. illis annis beatior ea parte fuiſſet populi conditio, quod Sacrificiorum λειτουργίαν Deus non urgeret. Quare concludimus eſſe præter mentem Spiritus ſancti, quod ex Jeremia, Amoſo, & Stephano arripitur à Theodoreto, Hieronymo aliiſque veteribus & recentioribus, in illam ſententiam, quaſi Sacrificia non eſſent præcepti ſed tãtum indulti divini: Aſſerimus autem fuiſſe Sacrificiorum λειτουργίαν poſt peccati in mundum ingreſſum, divino præcepto imperatam ad dedicandum & fovendum Fœdus pacis cum Deo; ejuſque ceſſationem à parte offerentium fuiſſe ἀποστασίας documentum, à parte autem

Dei iræ & inimicitiæ ſymbolum; à qua tamen inimicitia eximere poterat reliquias aliquas, miſertus quorũ vellet miſereri, etiam ceſſationis illius tempore.

Primæva Sacrificiorum oblatio facta eſt ex Fide.

Confirmat Aſſertionem noſtram hiſtoria Sacrificiorum. nam inde à generis humani primordiis bis mille quingentis circiter annis ante μοσχοποιΐαν Iſraëlitarum vigueruntSacrificiorum oblationes, & ante & poſt Diluvium, Deo cœlitus teſtante ſibi illa accepta eſſe. Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera ejus. Gen. 4. v. 4. quorum verborum commentarius eſt locus Hebr. 11. v. 4. Fide potiorem hoſtiam Abel quam Caïn obtulit Deo, per quam teſtimonium obtinuit quod eſſet juſtus, teſtimonium perhibente muneribus ejus Deo. Unde duplex habemus munimentum noſtræ aſſertionis. 1. Ex fide oblata fuiſſe ſacrificia inde ab initio. 2. Deum in Sacrificiorum oblatione, ex fide offerentes remuneratum fuiſſe Juſtificationis ipſorum Sacramento. Prius διαῤῥήδην docet Apoſtolus. Sunt autem ἀσύστατα in religione Fides & ἐθελοθρησκεία. Hæc enim habet τὰ ἐνδάλματα καὶ διδα-

διδασκαλίας τῶν ἀνθρώπων quibus nixa eſt. Coloſ. 2. 22. 23. quarum παράδοσις ſeu Traditio irritum facit τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ mandatum Dei. Matt. 15. v. 3. 6. Illa autem nititur revelatione divinæ voluntatis, ut qui cultus Deo ex fide præſtatur, ſit obedientia, qua Deo vocanti paremus, cum πληροφορίᾳ promiſſionis qua remunerationem ſperamus, Hebr. 11. v. 1. 6. Phraſis itaque illo capite frequens πίστει, Per fidem, complectitur, & voluntatis ac mandati divini cognitionem, qua docet ſe illa λατρείᾳ coli, atque eam remunerare velle, & obedientiam cum fiducia promiſſionum divinarum: Utrumque explicatius habetur eodem capite verſ. 7. ubi de Noacho ſermo eſt; Πίστει χρηματισθεὶς Νῶε & mox εὐλαβηθεὶς, Per fidem dicitur Noachus paraſſe Arcam; quomodo? χρηματισθεὶς Oraculo edoctus de voluntate divina, & ſalutis ſpe. deinde εὐλαβηθεὶς pio timore & tremore Deo obediens. Rurſum verſ. 8. ubi de Abrahamo ſermo eſt, Πίστει, καλούμενος Ἀβραὰμ ὑπήκουσεν. Per Fidem dicitur Abraham abiiſſe in locum quem Deus ipſi in hæreditatem deſtinarat: quomodo? καλούμενος ὑπήκουσεν: Audiens Deum vocantem,

obediit

obediit Dei mandato. Similiter notatur Fidei obedientia qua χρηματισθεὶς Abel εὐλαβηθεὶς καλούμενος ὑπήκουσε, quando dicitur Πίστει ſacrificium obtuliſſe. Abſque χρηματισμοῦ enim quo Deus revelaſſet ſe Sacrificiis coli velle, nulla fuiſſet ἐλπιζομένων ὑπόστασις adeoque nulla Fides ex definitione Apoſtoli Heb.11.v.1. Abſque vocatione divina nulla in oblatione obedientiæ teſtificatio, abſque qua obedientia victimas Deus abominatur. 1 Sam.15. v.22. Eſai.1. verſ.11.12.13. Quis requiſivit hæc de manibus veſtris? Quæ verba perperam eo rapiuntur ut inde ad ἐθελοθρησκείαν referatur prima Sacrificiorum oblatio, eaque cenſeatur non præcepti ſed indulti fuiſſe in populo Judaïco. Non loquitur Deus illa interrogatione de Sacrificiorum & victimarum oblationibus abſolute ſive ex Fide ſive abſque Fide offerantur, ſed de oblationibus infidelium, qui Obedientiam quæ victimis præſtantior eſt negligentes, ſic victimas offerebant quaſi per ſe pecudum ſanguine Deus delectaretur, oblationumque cæremonias cultu ſpirituali caſſas mandaſſet: eſt ergo illius interrogationis vera paraphraſis, Non volui hoc cæremoniali Sacrificiorum

ciorum Lege, ut abſque Fidei & Obedientiæ ſpiritualis ſtudio & religione interiori, ac λογικῇ λατρείᾳ, ad me accederetis ſacrificantes victimas. Quod ipſum ſibi volunt loca parallela quibus in Sacrificiis ἐθελοθρησκεία videtur notari: quæ nulla erat ſi ἐννόμως ex Fide offerrentur; ſed degenerabat in ἐθελοθρησκείαν Sacrificiorum cultus ſi in illis neglectui haberetur Legis divinæ διάνοια, qua volebat Deus ut vera eſſet in illis obedientiæ Fidei teſtificatio, vide Eſai. 43. v. 23. 24. & c. 66. v. 3. Jer. 6. v. 20. c. 7. v. 21. 22. c. 14. v. 12. Oſeæ 8. v. 13. Hagg. 2. v. 14. Mal. 1. v. 10. c. 2. v. 13. Prov. 15. v. 8. c. 21. v. 27. Breviter quia ex Fide obtulit Abel, habuit Dei Verbum revelatum de Sacrificiis. Nam Fides eſt ex auditu, auditus autem per verbum Dei. Rom. 10. v. 17.

Primæva Sacrificiorum oblatio habuit cœleſte teſtimonium, & Sacramentum viſibile.

Alterum Aſſertionis noſtræ munimentum eſt, in Juſtificationis Sacramento quo Abelem ex fide offerentem remuneratus eſt Deus: Juſtificationis Sacramentum vocamus Teſtimonium quod ipſi & donis ejus Deum perhibuiſſe docet Apoſtolus; quod & Abeli & Caino viſibile

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

bile fuiſſe evincit Caïni quæ à Moſe narratur indignatio, Geneſ. 4. v. 5. Sacramentum illud omnino probabiliter cenſent plerique Hebræorum, quibus multi veteres & recentiores Theologi aſſentiuntur, fuiſſe incendium victimæ per ignem cœlitus demiſſum: Muniunt certe hanc conjecturam exempla poſteriorum temporum in Scriptura.

Speciale Sacramentum fuit Sacrificiorum
ἐμπυρισμός.

I. Ignis lampas tranſiit per medias victimas, vaccam triennem, capram triennem, & arietem annorum trium, diſſectas per medium, in illo die quo Dominus iſto ritu fœdus cum Abrahamo pepigit. Geneſ. 15. v. 17. II. Ecce ignis egreſſus à Domino devoravit holocauſtum & adipes qui erant ſuper Altare, in prima Aaronis oblatione. Levit. 9. v. 24. III. Gedeonis ſacrificium, carnes azymoſq; panes cum jure deſuper infuſo, ignis de petra egrediens abſumpſit. Jud. 6. verſ. 21. IV. In dedicatione Templi; Quum compleſſet Salomon fundere preces, ignis deſcendit de cœlo & devoravit holocauſta & victimas, & Majeſtas Domini implevit domum. 2 Chron. 7. v. 1. V. Ad Sacramentum

mentum ignis provocavit Elias in conteſtatione pro Sacrificiis vero Deo offerendis, contra Baalim, inquiens, Deus qui exaudierit per ignem ipſe ſit Deus: Atque ſuper holocauſtũ ipſius cecidit ignis Domini & devoravit ipſum holocauſtum & ligna & lapides, pulverem quoque & aquam affatim ſuperfuſam. 1 Reg. 18. v. 24. 38. Alio autem quam igne cœleſti vel recens è cœlo delapſo vel conſervato in Altari holocauſta incendi noluit; puniens exemplariter Nadab & Abihu filios Aaron, inferentes in altare ignem alienum; nam egreſſus ignis à Domino eos devoravit. Lev. 10. v. 1. 2. Sacrificiorum ille per ignem cœleſtem ἐμπυρισμὸς, tanquam ſignum acceptationis divinę perpetuum, poſtulatur precatione illa Pſal. 20. verſ. 4. Recordetur omnis oblationis tuę ועולתך ידשנה, & holocauſtum tuum in cinerem redigat. Non temere ergo dixiſſe videtur Hieronymus in quæſtionibus in Geneſin: Unde ſcire poterat Caïn quod fratris ejus munera ſuſcepiſſet Deus, & ſua repudiaſſet, niſi illa interpretatio vera eſſet, quam Theodotio poſuit. Et inflammavit Dominus ſuper Abel & ſuper ſacrificium ejus: ſuper Caïn vero & ſuper ſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

crificium ejus non inflammavit. Græce ἐνεπύρισεν.

Quidquid ſit de Antiquitate prima ἐμπυρισμοῦ Sacrificiorum: Fuit illa ut ſupra dicebamus, externum & viſibile ſymbolum & Sacramentum teſtificationis divinæ, qua juſtificabat Sacrificantes, & munera eorum acceptabat. Jam autem Deo teſtimonium perhibente de Sacrificiis è cœlo, quis dicere auſit religionem Sacrificiorum non eſſe è cœlo, ſed ex hominibus? Præſertim ad verbum teſtimonii cœleſtis accedente viſibili ignis cœleſtis elemento, ut fiat Sacramentum, quod initio Sacrificium erat: hoc ſaltem nomine Sacrificiorum ἀποτέλεσμα neceſſario eſt divinæ inſtitutionis; fatentibus etiam Pontificiis Sacramenta olim à Deo & quidem immediate inſtituta eſſe. Bellarm. lib. 2. cap. ult. de Sacram.

Occaſione ἐμπυρισμοῦ punita divinitus ἐθελοθρησκεία in Sacrificiis.

Quid quod occaſione hujus Sacramenti ignis cœleſtis, exemplum ſtatuit Deus in filiis Aaron, Nadab & Abihu, quum à cultu Sacrificiorum procul eſſe voluerit omnem ἐθελοθρησκείαν, qua fieret aliquid quod præceptum non eſſet. Namque in ſuppli-

ſupplicii ipſorum ἀιτία hoc Deus ſcribi voluit: Offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat. Levit. 10. v. 1.

Ἐμπυρισμὸς Sacrificiorum, ſymbolum præſentiæ Spiritus S.

Obſervare autem libet ad narrationem, qua refertur, in Templi dedicatione, cum deſcenſu ignis de Cœlo Majeſtatem Domini domum impleviſſe: כבוד יהוה מלא את הבית 2 Chron. 7. v. 1. fuiſſe deſcenſum ignis viſibile ſignum præſentiæ Spiritus ſancti: ut quod in miſſione Spiritus S. die Pentecoſtæ accidit de linguis ὡσεὶ πυρὸς ſedentibus ſuper Apoſtolos, Act. 2. 3. fuerit ſymbolum ac ſignum illi ſigno ἀντίτυπον: ac ad utrumq; πρόσω καὶ ὀπίσω ſpectarit Johannis illa vox de Chriſto; Ipſe vos baptizabit Spiritu ſancto & igni, Matth. 3. verſ. 11. Fuit enim omnino ἐμπυρισμὸς ille Sacrificiorum de quo agimus typicus Baptiſmus ignis ſuperveniens cœlitus, poſt Baptiſmum illum aquæ typicum quo accedentium ad Altare manus & pedes lavabantur. Exod. 40. v. 30. 31. 32. Atq; illo typico Baptiſmo ignis ſanctificabatur Altare & mediante Al-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

te Altari dona in Altari oblata ad Sacrificium, Matth. 23. v. 29. Abſque illo enim ſi eſſet Altare, non ſanctificabat Sacrificiorum oblationes, ipſum quippe iſthoc pacto profanatum. Unde ad jugem ignis in Altari fomitem, quem exſtinguere, vel ut exſtingueretur per negligētiam committere piaculum erat, videtur reſpexiſſe tanquam ad Hieroglyphicum ſacrum Apoſtolus verbis illis, τὸ Πνεῦμα μὴ σβέννυτε, 1 Theſſ. 5. v. 19. Spiritum, inquit, ne exſtinguite. Atque huc facere etiam cenſemus quod dicitur Eſa. 31. v. 9. Domini ignis eſſe in Sion & focus ejus in Jeruſalem אשר אור לו בציון ותנור לו בירושלם. Quemadmodum Foci nomine intelligimus in vulgari ſermone habitationem in ædibus privatis, ut in parœmia illa, Pro Aris & Focis: ſic in Domo ſacra habitationem Dei optime notat Phraſis illa, qua ibi dicitur habere ignem & focum. Si autem cum Aquila & Theodotione interpretemur τὸ φῶς Lumen, oportune hunc locum illuſtrabit phraſios Belgicæ emphaſis, quando quis in regione aut urbe in qua domicilium ſibi elegit dicitur fovere ignem & lumen: Hy houdt daer vuyr ende licht. Optime autem אור ad lumi-

luminaria & lampadas referetur, תנור ad Focum ſacrum Altaris.

Per Sacrificiorum λατρείαν adoratus Spiritus S.

Quandoquidem autem nominatim perſonæ Spiritus Sancti characterem habet ἐμπυρισμὸς, ſi animum advertas ad ſignum ignis in die Pentecoſtes, Act. 2. & phraſin illam Johannis, ipſe Baptizabit vos Spiritu S. & igni, Matth. 3. v. 11. Aſſerimus merito Spiritum Sanctum habitaſſe in Templo, eo fine ut Sacrificiorum ἐμπυρισμῷ teſtimonium perhiberet Sacrificantibus ex fide, & donis ipſorum. Habitationem illam in Templo confirmat illa Apoſtoli allegoria, qua affirmat corpus noſtrum eſſe Templum Spiritus Sancti qui eſt in nobis. 1 Cor. 6. v. 19. ſed evidentius, quod Apoſtolus Sanctuarium ſeu Tabernaculum ejuſque apparatum commemorans & δικαιώματα veteris λατρείας Sacrificiorum, nominatim Spiritui Sancto vindicat Sanctuarii κατασκευὴν, & deſtinationem in typum rerum cœleſtium, Hebr. 9. v. 8. verbis iſtis, τοῦτο δηλοῦντος τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου μήπω πεφανερῶσθαι τὴν τῶν ἁγίων ὁδὸν ἔτι τῆς πρώτης σκηνῆς ἐχούσης στάσιν. Interpretes fere conſpirant

rant in hanc analyſin, ut hic ſermonem inchoet Apoſtolus de ſanctuarii veteris ejuſq; κατασκευῆς deſtinatione in typum rerum cœleſtium: ex qua Analyſi ſui erroris præſidium petunt qui ex hoc loco contendunt non patuiſſe cœlum patribus defunctis ante Chriſti aſcenſionem: quem errorem nos cenſemus refutandum alia analyſi contextus qua verſus iſte octavus connectitur ſuperioribus, ac loquitur de ſanctuarii mundani illa κατασκευῇ, qua exhibebatur via ad Sanctum Sanctorum clauſa, ut nulli alii pateret ingreſſus quam ſummo Sacerdoti quotannis ſemel, de quo ingreſſu dixerat verſu præcedenti: ſic itaq; interpretamur verſum 8. Hoc exhibẽte Spiritu ſancto, nondum patefactã viam in Sanctuarium ſtante priori tabernaculo: id eſt, quandiu in priori parte Tabernaculi ex divina inſtitutione peracta ſunt ſacra, non patuiſſe ex illa ingreſſum in aliam ſanctiorẽ Tabernaculi partem: Nam per prius Tabernaculum jam ante verſ. 2. Apoſtolus intellexit priorem partem Tabernaculi. Reliquum autem ſermonem de illius κατασκευῆς deſtinatione in typum rerum cœleſtium inchoat illa tranſitionis formula

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

mula verſu nono. Ἥτις παραβολὴ, &c.
Quicquid ſit de iſtius contextus Analyſi,
utrumque id quod diximus Spiritui ſan-
cto tanquam cauſæ Architectonicæ tri-
buitur, & Tabernaculi κατασκευὴ cum
δικαιώμασι τῆς λατρείας, & κατασκευῆς ac
λατρείας deſtinatio in typum & parabo-
lam.

Conſectarium: Debere adorari Spiritum S. quia adoratus eſt in V. Teſtamento.

Hinc evidens eſt πόρισμα hoc ſeu con-
ſectarium, quod operæ precium erit ad-
notare contra illorum impietatem qui
Eccleſiis Reformatis controverſiam mo-
vent de Adoratione Spiritus ſancti. Per-
ſona Spiritus ſancti eſt verus ille Jehovah
cui exhibita fuit Adorationis λατρεία in
veteri cultu Sacrificiorum; & qui Ado-
rantibus cum oblatione donorum teſti-
monium perhibuit quod eſſent juſti, re-
ſpondens, ac teſtificans de donis ipſorum
per ignem. adeoque ipſe ille Deus cui
adorationem vindicavit Elias hac conte-
ſtatione contra Baalitas; Invocate nomi-
na Deorum veſtrorum, & ego invocabo
nomen Dei mei: Et Deus qui exaudierit
per ignem, ipſe ſit Deus. 1 Reg. 18. v. 24.
Item ipſe ille Deus quem ad illam iram
atque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

atque indignationem provocarunt Iſraë-
litæ in deſerto, ut Sacrificia ipſorum averſatus ſit annis xl. Numer. 14. Jerem. 7. Amos 5. Act. 7. quod διαῤῥήδην confirmat teſtimonium Eſai. 63. v. 10. Ipſi autem ad iracundiam provocarunt & afflixerunt Spiritum Sanctum ejus. Conſequenter ipſe ille Deus quem Numer. 14. adoravit Moſes verſu 13. interceſſione utens pro populo in illa irritatione: Et quem ante & poſt irritationẽ illam adorarunt qui ex Fide Sacrificia obtulerunt.

Πάρεργον. Spiritus S. ad oratus eſt in N. T.

Affine huic demonſtrationi eſt argumentum quod pro Adoratione Spiritus Sancti ſuppeditat hiſtoria Act. 13. v. 2. 3. 4. quod hic παρέργως ſubnectimus. Prophetæ & Doctores Antiocheni λειτουργοῦντες τῷ κυρίῳ accipiunt mandatum Spiritus ſancti de mittendo Paulo & Barnaba, qui dicuntur emiſſi à Spiritu ſancto deſcendiſſe: Mandatum autem tale fuit; Separate mihi Barnabam & Saulum operi ad quod eos advocavi. Obedientia autem mandati hæc; Tunc quum jejunaſſent & precati eſſent & impoſuiſſent eis manus dimiſerunt eos. Primo quidem, à quibus cum imperio interpellantur Prophetæ

λειτουρ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

λειτουργοῦντες τῷ κυρίῳ, de mittendis Apoſtolis, is eſt ille ipſe Deus & Dominus quem λειτουργοῦντες colunt & adorant. Deinde cui imperanti, cum jejunio & precibus ac manuum impoſitione ſeparantur ac ſiſtuntur Apoſtoli ab ipſo mittendi, is eſt ille ipſe Deus qui in Apoſtolorum miſſione jejunio & precibus colitur & adoratur. Evidens ergo eſt & in Liturgia ordinaria, & in negotio extra ordinem imperato, Prophetas & Doctores Antiochenos προσευχὰς, hoc eſt, preces ſuas obtuliſſe una & Patri & Filio & Spiritui S. uni ſoli vero Deo in perſonis tribus patefacto.

Ut revertamur unde digreſſi ſumus, concludimus, Sacrificia fuiſſe ex Cœlo, non ex hominibus, Divino præcepto imperata, non per humanam ἐθελοθρησκείαν inventa, quippe partem λατρείας & cultus Religioſi, quo ſpiritualem adorationem exterius teſtabantur credentes, Spiritu S. acceptante adorationem illam, illique teſtimonium perhibente perſonalis iſtius præſentiæ ſuæ Sacramēto: quam Eſaïas prædicat, Eſai. 63. v. 11. השם בקרבו את רוח קדשו. Qui collocat in medio ejus Spiritum ſanctitatis ſuæ.

III. Pro-

PROBLEMA III.
Qua Fide & Spe offerri debuerint Sacriſicia?

Præcognita tria. 1. Fides tollit ἐθελοθρησκείαν.

PRogredimur ad Tertium Problema, Qua Fide & Spe offerri debuerint Sacrificia: poſtquam conſtat fuiſſe à credentibus oblata non per ἐθελοθρησκείαν, ſed ex Fide. Habemus quidem hæc jam præcognita: per Fidem offerentes habuiſſe χρηματισμὸν Verbi Dei, quo ſcirent Deum Sacrificiis coli velle, ac velle illa remunerari: Sed præſentis Diſquiſitionis eſt quomodo crediderint Deum Sacrificiis colēdum & quo fine, ſeu quam remunerationem à Deo ſperarint offerentes: Pendet autem hoc Problema à natura Fœderis Spiritualis Dei cum Homine, quod Sacrificiis ſancitum fuit in Veteri œconomia Religionis.

2. Nulla Sacrificia ante lapſum.

Ex primi Problematis Tractatione ſupponimus, Nulla fuiſſe veri nominis Sacrificia ante lapſum.

3. Sacrificia inſtituta ad Fœderis ἐγκαινισμόν.

Hinc conſequens eſt, Antiquato Fœdere operum per peccatum primorum paren-

parentum, in illo Verbi χρηματισμοῦ, quo doceret Deus ſe Sacrificiis coli velle atq; illa remunerari, illuxiſſe homini fœdifrago, ſedenti in tenebris & umbra mortis, Fœderis ἐγκαινισμὸν, ſeu Novi Fœderis dedicationem, per quam in Sacrificiorum λατρείᾳ eſſet ἐπεισαγωγὴ κρείττονος ἐλπίδος, per promiſſionem ſolidiorem, quam fuerat in primo per peccatum antiquato Fœdere. Cui fini data fuit κύρωσις τῆς διαθήκης ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς Χριστὸν, Gal. 3. verſ. 17. Quæ ſanctio Fœderis à Deo in Chriſtum licet variam habuerit œconomiam & viſibilem in Eccleſia Veteri, ante inſtitutam Circumciſionem & poſt, rurſum ante & poſt Legem latã in Monte Sinai ab Abrahamo ad Moſem & à Moſe ad Chriſtum; Attamen una fuit tantum κύρωσις τῆς διαθήκης Spiritualis, qua Deo confœderata fuit Eccleſia in Chriſto Mediatore: cujus revelatio fuit in Verbo τῆς ἐπαγγελίας, quod impletum eſt in diebus carnis Chriſti, non abolitum; migrante τῇ ἐπαγγελίᾳ qua Veteres fuerunt συγκεκλεισμένοι de Chriſto venturo, in Euangelium κατ' ἐξοχὴν dictum quo promulgatus eſt Chriſti adventus in carne. Hebr. 4. v. 2. 6. Gal. 3. v. 8.

Sacrificatum & ante & poſt Moſem ex Fide Euangelica.

Deinde in quacunque Veteri œconomia illius Fœderis à Deo in Chriſtum ſanciti, videmus viguiſſe uniformem Sacrificiorum λατρείαν, qua Deo ex Fide offerebantur victimæ cæſæ, ut jam vidimus in ſuperiori tractatione, de Sacrificiorum hiſtoria: In qua λατρείᾳ quia ut diximus fuit inſtitutio Sacramenti viſibilis quo Deus teſtaretur ſe juſtificare & ſanctificare Eccleſiam ſuam, Sacrificantium fides non potuit alia eſſe, quam qua ipſi obſignarent Deum veracem eſſe in promiſſionibus illis quibus ipſi erant εὐηγγελισμένοι, & quibus nitebatur Fœderis νομοθεσία.

Crediderunt Patres in Meſſiam promiſſum.

Debuerunt ergo Sacrificia offerre ex Fide in Mediatorem promiſſum, ſub ſpe certa futuræ per ipſum plenæ reconciliationis cum Deo, Deo ſupplicantes ut Donorum acceptatione obſignaret in ipſorum conſcientiis conſolationem illam de peccatorum expiatione, & hæreditate cœleſti, ad quã vocabantur per Fœderis ἐγκαινισμὸν ex miſericordi gratia.

Tro-

Promiſsionis primæ, Gen. 3. v. 15. Διάνοια Euangelica.

Hanc fuiſſe Fidem ἰσότιμον Eccleſiæ veteris omnium ſæculorum inde ab Adamo ad Chriſtum, quam ſacrificantes teſtati ſunt: evincit prima τῆς ἐπαγγελίας Διαθήκη illa qua fuerunt εὐηγγελισμένοι Adamus & Eva, Geneſ. 3. v. 15. quæ continetur illis verbis: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & Semen tuum & Semen illius: ipſum conteret caput tuum, & tu conteres ei calcaneum. Oratio inſtituta eſt ad Serpentem ſeu Diabolum, cui pœna ejuſmodi denunciatur, quæ homini futura eſſet ſalutaris: nempe futuras ipſi cum Muliere, & Semini ipſius cum Semine mulieris inimicitias, ac fore victoriam de Diabolo penes Semen mulieris. Non poterat mulieri intercedere inimicitia cum Diabolo, niſi abolita inimicitia cum Deo quã Diabolus mulieri & poſteritati ejus pepererat ſeductione ſua, per Juſtificationem, & victo ac ſuperato in muliere peccati dominio per Sanctificationem. Ponens ergo illas Diabolo inimicitias, diſponit mulieri fœdus pacis atque amicitiæ, quo illi pollicetur Juſtificationis & Sanctificationis gratiam. Præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

nunciat autem illius Fœderis Mediatorem τῆς σωτηρίας ἀρχηγὸν, Semen mulieris venturum ut conterat caput Serpentis. Qua contritione capitis Serpentis intelligenda eſt victoria & triumphus Chriſti. quo abolevit eum qui mortis imperium habebat, hoc eſt Diabolum. Heb. 2. v. 14. diſſolvit opera Diaboli. 1 Joh. 3. v. 8. & exſpoliata imperia ac poteſtates traduxit palam triumphatis illis. Coloſ. 2. v. 15. Allegoriæ de conterendo capite ſerpentis illam fuiſſe ἔμφασιν, expreſſe ſatis confirmat Chriſtus utens iſtis verbis, quando Diſcipulos mittebat cum poteſtate ejiciendi dæmonia: Ecce do vobis poteſtatem calcandi ſerpentes & ſcorpios, & in omnem potentiam inimici, Luc. 10. v. 19. Atque eandem illuſtrat Apoſtolus verbis illis; Deus pacis contriturus eſt cito Satanam ſub pedibus veſtris. Rom. 16. v. 20. Prædicitur porro victoria contra Satanam non abſque ὠδῖναις & perpeſſionibus, quando dicitur Serpens Chriſto calcaneum contriturus: Per Calcaneum primario ſignificatur caro Chriſti in qua terram calcavit; per contritionem calcanei mors & perpeſſiones quas in diebus carnis ſuſtinuit. Ut prænuncietur in certamine

mine contra poteſtatē Satanæ ita futurus ſuperior, ſicut aliquis cujus calcaneum feriret Serpens, ſed non ad interitum, quia reliquo corpore illæſus, contrito Serpentis capite, poteſtatem illi eriperet qua nocere queat. Atque ſic etiam in primo illo oraculo de Chriſto videmus Spiritum Chriſti prænunciantem eventuras Chriſto perpeſſiones, & poſt illas ſequuturam gloriam, 1 Petr. 1. v. 11.

Patres habuerunt Verbum & Spiritum Fidei.

Hujus ἐπαγγελίας Fidei ingenerandæ ac propagandæ & fovendæ ergo inſtitutū fuit, primo domatim, poſt gregatim, Verbi miniſterium, quo per Prophetas Deus olim Patribus eſt loquutus πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως, Hebr. 1. v. 1. cui benedixit Deus, ἐπιχορηγῶν τὸ πνεῦμα, non ex operibus, ſed ἐξ ἀκοῆς πίστεως, Gal. 3. v. 5. 6. &c. Per quem Spiritum Fidei ſpiritualiter Deo fuerunt confœderati quotquot in Sacrificiis teſtimonium obtinuerunt quod juſti eſſent. Miniſterio autem verbi, cum illa ἐπιχορηγία Spiritus, per quam habebant credentes τὴν υἱοθεσίαν atque erant hæredes Dei, (quo conſtabat Fœderis interior ſocietas & communio

cum Deo,) ſubſervire voluit Deus primi Fœderis operum violati ἀνάμνησιν, qua & de jure Dei accuratius, quam per naturalis cognitionis tenebras fieri poterat, inſtituerentur Traditione Prophetica: & de miſeria Spirituali in peccato & metu mortis, qua Deo erant ὑπόδικοι.

Fœderis Veteris œconomia pædagogica ducebat ad Chriſtum.

Per quam primi Fœderis violati ἀνάμνησιν, ex ſe quidem naſcebatur Spiritus ſervitutis; eratque Lex Fœderis operum repetita, Litera occidens, Miniſterium mortis & condemnationis, 2 Cor. 3. v. 6. 7. 8. 9. Attamen ex Dei propoſito & intentione, & Eccleſiæ uſu Pædagogus erat ad Chriſtum, ut abnegata propria juſtitia & agnita miſeria, quærerent ex Fide Juſtificationem gratuitam. Gal. 3. v. 24.

Quod de ἀναμνήσει primi Fœderis operum violati, & Legis uſu Pædagogico dicimus, adeo verum eſt, ut ſit perpetuæ veritatis etiam hodie in Novo Fœdere: quandoquidem ii qui vocantur efficaciter ad ſalutem, antequam ipſis ingeneratur Fides per Spiritum adoptionis, ad ſanctam deſperationem adiguntur Spiritu ſervitutis, qua ſe ipſos abnegantes eſuriunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

riunt & ſitiunt juſtitiam Dei quæ ex Fide eſt. Rom. 8. v. 15. Enimvero propterea Legalis illa pædagogia & Fœderis operum violati ἀνάμνησις, Litera Occidens, &c. tribuitur Veteri Fœderis œconomiæ, nominatim Moſaïcæ, non autem Novæ poſt Chriſtum; quia potiſſimum illa tunc emicabat in publica λατρείᾳ, & Gratiæ ac υἱοθεσίας teſtimonia obumbrabat atq; obnubilabat quaſi obducto velamine, per oneroſæ atque operoſæ σωματικῆς γυμνασίας νομοθεσίαν; quæ poſtquam antiquata eſt merito, cenſetur Eccleſia Novi Teſtamenti liberata gravi & vix portabili jugo, quod cervicibus Patrum olim Deus impoſuerat, Actor. 15. v. 10. Flagitabat ſiquidem mora ſolutionis debitorum præſtandæ demum in plenitudine temporis per Sponſorem Fœderis Chriſtum, ut tantiſper fierent victimarum oblationes quarum ſanguine ſcriberentur Chirographa peccatorum, quæ in Sponſorem Deus erat conjecturus, & in carne ejus damnaturus, Eſai. 53. v. 6. Rom. 8. v. 3. Donec ille unica oblatione deletis Chirographis iſtis, conſecraret in perpetuum eos qui ſanctificantur, impetrata illa remiſſione peccatorum, poſt quam non

eſſet amplius opus oblatione pro peccato. Coloſ. 2. v. 14. Hebr. 10. v. 12. 18.

Patres credebant remiſſionem peccatorum, & vitam cœleſtem.

Quamvis autem illuſtris & glorioſa illa peccatorum ἄφεσις differretur uſque ad temporis plenitudinem, in quam quaſi apud Deum aſſervabantur chirographa; adeoque Fœdus vetus eſſet inſtar pacti induciarum quo Patres habebant tantum πάρεσιν τῶν ἁμαρτημάτων ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ Θεοῦ, Rom. 3. verſ. 25. 26. id eſt, Peccatorum diſſimulationem in Dei tolerantia, necdum plena Pace facta, nec per Chriſtum peremptis inimicitiis, Epheſ. 2. v. 15. 16. His non obſtantibus, Fides Patrum erat ἐλπιζομένων ὑπόστασις, qua promiſſam illam plenam Pacem, non quidem adepti, eminus tamen conſpicati, crediderunt, atque amplexi ſunt; quærentes in vita & in morte promiſſionis illius efficacia patriam cœleſtem: ſpem illam ἐμφανίζοντες Fidei ſuæ ὁμολογίᾳ, Hebr. 11. v. 1. 13. 14. Ut conſolationis ipſorum hæc ſumma eſſet in Sacrificiorum oblationibus; venturum Meſſiam qui Dei cum Eccleſia inducias plena pace terminaret: ad quem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

quem ipſos quaſi manu ducebat Sacrificiorum λατρεία.

Sacerdotes erant typici Sponſores Fœderis Gratiæ.

Erat illa manuductio Euangelica hujuſmodi. Chriſtum Sponſorem præfigurabant Sacerdotes Sponſores typici, quatenus pro populo ad Deum appropinquabant, Hebr. 7. v. 21. 22. Spondebant vero pro peccatis, quoties victimas pro peccatis ſe oblaturos recipiebãt, Heb. 5. v. 1. Iſta enim oblatione præſtabant quod pro eo tempore Deus requirebat ad efficiendam peccatorum expiationem. Levit. 1. v. 4. & c. 4. v. 26. & c. 16. v. 34. & c. 17. v. 11. Atque ſic typica expiatione fovebatur ſpes veræ expiationis, quæ nitebatur ſponſione Chriſti, qua receperat, jam inde à prima Promiſſione, ſe facturum Dei voluntatem, qua voluntate nos ſanctificati ſumus. Hebr. 10. v. 9. 10.

Victimis typice imputabantur peccata offerentium.

Hinc victimis per quas facienda erat expiatio, Peccata imponebant; atque ita ipſi Sacerdotes, Deum repræſentabant peccata conjicientem in Chriſtum: victimæ vero figurabant Chriſtum ea ſuſcipien-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

cipientem. Quod arguunt neceſſario; I. & res ipſa, quia ut in rei veritate nemo punitur niſi reus, ita etiam in Typo quod pro peccato morti deſtinatur typice peccati reatu tenetur. II. Et exemplum evidens in Sacrificio ſolenni quod peragebatur in Feſto expiationis, circa quod hęc peccati impoſitio diſtincta etiam cæremonia peragebatur. Levit. 16. v. 21. 22. III. Idem evincunt nomina אשם reatus, חטאת piaculum, victimis piacularibus impoſita: quæ ſupra attigimus.

Victimis autem non ſingulis quidem, cunctis tamen omnia omnino peccata impoſita fuerunt, non tantum ἀγνοήματα ſeu ignorantiæ, Hebr. 9. v. 7. ſed & ἁμαρτίαι, quæ ſunt pravæ voluntatis opera & veræ iniquitates adverſus expreſſa Dei mandata commiſſæ, Heb. 5. v. 1. & c. 7. v. 27. qualia nominantur in Sacrificiorum Lege, fraus, rapina, violentia, furtum, interverſio depoſiti, dolus malus, perjurium, Levit. 6. Num. 5. Unde etiam in anniverſario Sacrificio Feſti Expiationis, fiebat confeſſio omnium עונות iniquitatum, & omnium פשעים defectionum ſeu rebellionum, & חטאת peccatorum; eaque cuncta per Sacerdotem expia-

expiabantur. Levitic. cap. 16. verſ. 21. 27. 30.

Per Sacrificia fiebat typica Expiatio pro peccatis, ſeu typica Satisfactio.

Erat autem in eo ſita Expiatio Sacerdotalis, quod teſtaretur Deus ſe peccata illa typice damnare in victimarum carne quibus typice impoſita erant, admittens illas ad altare, & igne abſumens vel partim vel in ſolidum: Ex quo incendio victimarum, odorari dicebatur Jehova odorem quietis, quando illis propitie acceptatis quieſcebat, typice cum victimis ſublato peccati reatu Dei ira, & graſſans etiam plaga reſtinguebatur. Gen. 8. v. 21. Levit. 1. v. 9 13. 17. & c. 4. 31. 32. &c. Atque ſic victimis tribuit Scriptura etiam purificationem animarum, Levit. 17. v. 11. typice videlicet & ſacramentaliter, quatenus illarum λογικὴ λατρεία promiſſione de vera Expiatione peccatorum per venturum Mediatorem νενομοθέτηται. Cum qua vera Expiatione unici Sacrificii Chriſti, niſi componatur Typica Expiatio, revera nulla fuit: Nam σωματικὴ γυμνασία in Sacrificiorum oblationibus, nec peccata auferre poterat nec quicquam ſanctificare niſi πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα,

τητα, Hebr. 9. v. 13. c. 10. v. 1. 4. 11. Componenda autem ſic eſt cum illa Typica Expiatione, vera Expiatio, ut patribus in Veteri Teſtamento tradita ſit hæc conſolatio, illamque docuerint ac didicerint πατροπαραδότως ἐξ ἀκοῆς πίστεως, eſſe hoc Expiationis peccatorum myſterium ſub Typis adumbratum: Deum inde à prima promiſſione Euangelii acquieſcere ſponſioni Chriſti de ſatisfactione pro peccatis in plenitudine temporis præſtanda, qua vere illa expiarentur: Atque in ejus Spei ἐπεισαγωγῇ ſitam eſſe veram Juſtificationis & Sanctificationis ὑπόστασιν. In quam ſententiam accipi poteſt locus, Apoc. 13. v. 8. vulgata ſyntaxi verborum, ut dicatur Chriſtus Agnus mactatus jam inde à jactis mundi fundamentis. ſi potior eſt ſyntaxis alia verborum, hoc ſaltem docet locus ille & paralleli alii, Apoc. 17. v. 8. cap. 20. v. 15. Dan. 12. v. 1. Nullum unquam ſervatum qui non inde à jactis mundi fundamentis, in libro vitæ Agni jam mactati tum mactandi inſcriptus eſſet, tanquam ſolutionem pro debitis ſuis creditori Deo exhibiturus, in ſponſore Chriſto.

Typica Expiatio erat Sacramentum veræ expiationis, in uſu veteris Eccleſiæ, utraque conjuncta in Fidei objecto.

Oppoſitionem autem illam qua inter Typicam Expiationem peccatorum ad puritatem carnis, & Veram Expiationem qua purificantur corda & conſcientiæ, ſupponitur divortium, ut paſſim fit, maxime in Epiſtolis ad Galatas & Hebræos, perperam rapiunt nonnulli in illam ſententiam, quaſi ex illa judicium fieri debeat de Oeconomia Fœderis ante Chriſtum ſecus quam jam dictum eſt: ac quaſi tam rudis fuerit veteris populi pædagogia ad Chriſtum, ut ὁμωνύμως dicantur illi ex Fide obtinuiſſe teſtimonium quod juſti eſſent, & dicamur nos ex Fide juſtificari. ἀναλογίαν nemo negat, & imparem menſuram ac modulum revelationis fatemur, qua illis & qua nobis datum eſt credere in Mediatorem Chriſtum: ſed ὁμωνυμίαν illam dicimus eſſe ἀλλόκοτον, qua Fidei nomine veniat Legalis notitia juris divini, qua, ſi Deo placet, abſque Spiritu adoptionis Deo fœderati fuerint veteres, qua Fœdere Naturæ, qua Fœdere ſubſerviente, ut vocant.

Ut hujus ſententiæ nervos incidamus: dicimus

dicimus Divortium illud ſupponi in diſputatione Paulina, non juxta Legiſlatoris Dei διάνοιαν & uſum Eccleſiæ præſcriptum, uſque ad tempus correctionis; ſed ex Hypotheſi erronea Iudaïzantium, qui ultra præſtitutum tempus typos & cæremonias ſectabantur, cum jam deſtitutæ eſſent Sacramenti religione veteri: per cujus erroris efficaciam hoc erat controverſiæ κρινόμενον; An extra relationem Sacramentalem ad Unicum Chriſti Sacrificium, per ſe Deum Fœderis nexu Patribus conciliarit Cæremonialis νομοθεσία Sacerdotii: Quod neceſſe eſt ſtatuant qui poſt peractam oblationem Sacrificii Chriſti, non agnoſcunt Veteris Sacerdotii ἀθέτησιν & antiquationem. Cęremonialem ergo νομοθεσίαν Sacerdotii (ſuppoſito iſthoc divortio, quo ab illa ſecernitur ἐπεισαγωγὴ κρείττονος ἐλπίδος, ſubintroductio ſeu inſinuatio ſpei melioris,) per ſe merito vocat Apoſtolus νόμον ἐντολῆς σαρκικῆς, ejuſque notat τὸ ἀσθενὲς καὶ ἀνωφελὲς, infirmitatem & inutilitatem, Hebr. 7. v. 16. 18. Quippe quæ occuparetur in ſanctuario mundano circa ac ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα, impotentia & egena elementa: per quæ non poterat

unquam

unquam quiſquã ſanctificari, Gal.4 .v.9. Heb.9.v.1.He.10.v.1. Atq; hinc demonſtrat; quia Sãctificationis & Juſtificationis teſtimonium Patribus perhibuit Deus: Fidem Patrum fuiſſe ἐλπιζομένων ὑπόστασιν, πραγμάτων ἔλεγχον οὐ βλεπομένων, quæ non hæreret in viſibilibus umbris iſtis, ſed propter τὴν διαθήκην τὴν προκεκυρωμένην ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς Χριστὸν, Fœdus ante ſancitum à Deo in Chriſtum, credentibus ſiſtebat ac certa demõſtratione præſtabat futura bona quæ ſperabant, eorumq; αὐτὴν τὴν εἰκόνα exhibebat quam umbræ illæ obnubilabant. Hebr. 11. v.1. cum Hebr. 10. v.1. & Gal.3. v.17. Tota ergo Diſputationis Paulinæ ſumma hæc eſt: Omnem νομοθεσίας Sacerdotii Veteris uſum & efficaciam Sacramentalem fuiſſe in Juſtificationis & Sanctificationis negotio; Adeo ut ſuppoſito divortio inter νομοθεσίαν, & Fœdus ſpirituale à Deo ſancitum in Mediatorem Chriſtum, ipſa plane fuerit inutilis, olim non minus quam nunc eſt, ceſſante Sacramenti ratione olim inſtituta: Ac conſequenter durante inſtitutione divina, umbris illis obſignatam fuiſſe Spiritualis Fœderis inviſibilem gratiam, quam promeriturus

eſſet

eſſet venturus Chriſtus, per Fidem illis revelatus ex auditu verbi Prophetici, quo πολυμερῶς ϗ πολυτρόπως ipſis tradebatur myſteriorum quæ umbris iſtis præfigurabantur explicata doctrina: quod confirmant varia Apoſtolorũ teſtimonia de Veteris Teſtamenti doctrina in Novo impleta, adeo ut ipſi prædicarint nihil extra ea quæ Prophetæ & Moſes futura prædixerant. Actor. 3. v. 18. 24. c. 7. v. 52. c. 13. v. 27. c. 26. v. 6. 7. 22. 23. Rom. 3. v. 21. 22. 1 Pet. 1. v. 10. 11. 12.

Fidei Veteris canon Traditio Prophetica.

Perperam autem faciunt qui menſuram & modulum Fidei Veteris populi, metiuntur ignorantia hominũ ſimpliciſſimorum ſub tempus adventus Chriſti, cum denſiſſimis ignorantiæ tenebris & commentis Traditionum humanarum obſcurata ac pene ſepulta eſſet doctrina Prophetica, auferentibus clavem ſcientię Legis interpretibus. Luc. 11. v. 52. Impie autem & indocte, qui Fidem Veteris populi indigetant, errorem ex Verbi Dei ignorantia tunc graſſantẽ de regno Meſſiæ temporali; Erat illud quoddam veræ Fidei (qua Meſſias exſpectabatur redem-

ptor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

ptor Spiritualis à peccatis) παραφυής. Quemadmodum hodie menſuram Fidei Chriſtianæ petere non oportet ex modulo cognitionis quæ in ſimplicioribus idiotis reperitur, ſed ex diſcentium Tirociniis: non item ex illis cognitionis ſcintillis quæ ſub initia Reformationis reliquæ erant in denſiſſimis tenebris Papatus, cum tantum non exſtincta eſſet doctrina Euangelii. Judicium de Fidei menſura quæ ſanctis olim data eſt fieri debet ex Traditione Doctrinæ Propheticæ, quæ quidem prout Scripturis Veteris Teſtamenti expreſſa eſt, teſte Paulo potuit ſapientes reddere in ſalute per Fidem quæ eſt in Chriſto Jeſu. 2 Tim. 3.15. Unde factum eſt, quod Chriſtus ignorantiam diſcipulorum circa Fidem paſſionis ipſius & introitus in gloriam, imputarit amentiæ & tarditati cordis ipſorum ad credendum omnibus quæ loquuti ſunt Prophetæ, Luc. 24. v. 25. 26.

Traditio Prophetica ἄγραφος eadem quæ poſtea ἔγγραφος, & juxta eundem Canonem eadem Fides.

Ante conſtitutum Canonem librorum ſacrorum, cum ἄγραφον eſſet Verbum Dei, Traditione Prophetica docebatur eadem

eadem Fidei norma juxta promiſſionem inde ab initio factam de Semine mulieris, de qua jam diximus; Ut quibus per Traditionem illam Deus ſubminiſtraret Spiritum adoptionis ἐξ ἀκοῆς πίστεως, illi vocarentur nomine Filiorum Dei. Geneſ. 6. verſ. 4. Quibus emortuis, reliquus fuit in Diluvio ſolus Noachus Præco juſtitiæ cum familia. 2 Pet. 2. verſ. 5. A quo propagata ad poſteritatem poſtliminio Veteri Religione, eandem poſt confuſionem linguarum Babylonicam, multũ collapſam & in variis nationibus cultu idololatrico pollutam, etiam in familia ex qua natus erat Abrahamus, Joſ. 24. v. 2. 3. Deus inſtauravit illuſtriori ejuſdem Seminis promiſſione: & inſtituta Circumciſione in ſignum & ſigillum juſtitiæ Fidei, ac cæſis victimis Fœdus in Chriſtum ἐνύρωτε cũ ipſo & Semine ejus, majori ſolennitate & peculiari privilegio, quo non gaudebant alię credentium reliquiæ quæ ſupererãt & intra illos 400. annos ſupervicturæ erant, de quibus Deus loquitur Abrahamo, Geneſ. 15. v. 13. Vocationis Abrahami & promiſſionum Fœderis hiſtoriam texit Moſes à cap. 12. ad 19. Promiſſionem de Semine repetitam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

Iſaaco vide cap. 26. v. 4. Eandem tertio repetitam Jacobo cap. 28. verſ. 14. De Abrahami Fide quam Apoſtolus prædicat, Hebr. 11. qualis fuerit diſcimus à Chriſto; qui inquit; Abraham Pater veſter geſtivit ut videret diem meum iſtum, & vidit ac gaviſus eſt. Joh. 8. v. 56. Viſionem autem illam qua Abraham vidit diem Chriſti, non tantum accipimus eo pacto quo nos nunc hariolamur de gaudiis vitę æternæ, ſed de viſione Prophetica, qua inquirenti ipſi & ſcrutanti quæ Chriſto in diebus carnis eventura eſſent, patefecit prænuncius ille qui in ipſo erat Spiritus Chriſti, 1 Pet. 1. v. 11. 12. cum Actor. 3. verſ. 18. 24. Nam Propheta fuit Abraham ad quem tanquam Prophetam Deus in viſione loquutus eſt, Geneſ. 15. v. 1. cum c. 20. v. 7.

Fides Prophetarum & Eccleſiæ ἰσότιμος.

Enimvero ne quis exiſtimet perſonalis privilegii fuiſſe Fidem illam qua diem Chriſti vidit Abrahamus: Obſervandum eſt Fœdus quod cum Abrahamo & poſteritate ejus ſancitum eſt illa formula, Geneſ. 17. Ero Deus tuus & ſeminis tui; quia in Chriſto ſancitum eſt, Gal. 3. v. 17. efficere ἰσότιμον Fidem Abrahami & illorum

rum qui ex Fide benedicuntur in promiſſo Semine Chriſto cum fideli Abrahamo. ibid. verſ.6.7.8.9. Quin id ipſum flagitat munus Abrahami Propheticum, ut non fuerit ad uſum privatum ipſi patefactus in viſione dies Chriſti: ſed eo fine & intentione ut de illis rebus quæ ipſi patefactæ erant, per ipſum doceretur Eccleſia, & propagaretur ad poſteritatem Fides qua ille credidit Deo: in qua inſtitutione per Traditionem Verbi Dei Abrahamum fideliter officio functũ Deus de ipſo teſtatur, Geneſ.18. verſ.17.18.19. Quemadmodum conſolationes Spiritus Sancti περὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας Apoſtolis datas docet Paulus non in uſum privatum, ſed ut poſſent poſitos in quavis oppreſſione conſolari ea ipſa conſolatione qua illos ipſos Deus conſolabatur. 2 Corinth.1.v.4. Quapropter ἀθεόλογον eſt, ante Legem ſcriptam & conſtitutum Canonem Scripturæ, imaginari tale Naturæ Fœdus, quo non omnes quos Deus ad Chriſtum adduxerit, perfuderit luce cognitionis Chriſti promiſſi, ſed quo etiam ad Chriſtum adduxerit, qui ſola luce naturæ ducerentur, ſaltem ſolo ſpiritu ſervitutis, per notitiam juris Dei quo in prima

ma creatione Fœdus inſtitutum erat. Singulari quidem cognitionis luce Deus perfudit illis temporibus illos qui Videntes vocabantur, poſtea dicti Prophetæ: ſed non, quemadmodum dictum eſt, in uſum privatum illorum, ſed ad communem Eccleſiæ illuminationem; per illorum miniſterium lucerna non ſub modio occultata ſed candelabro impoſita ut luceret omnibus qui in domo erant. Hæc hactenus ſufficiant de Fide & Spe qua Sacrificia offerri debuerunt.

IV. PROBLEMA.

Quibus miniſtris & quorum nomine offerri debuerint Sacrificia.

Sacrificia adducebantur ad Sacerdotem atque offerebantur illius miniſterio.

SUccedit Problema quartum, Quibus miniſtris & quorum nomine offerri debuerint Sacrificia. De quo problemate primo generatim conſtat hæc Theſis: Sacrificia debuiſſe offerri per Sacerdotem pro peccatis illorum qui dona & victimas adducebant ad Fidei ſuæ in Deum per Mediatorem promiſſum teſtificationem in cultu adorationis publico divinitus inſtituto. Quam Theſin confirmat Apo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

Apoſtolus his verbis: Nam omnis Pontifex ex hominibus aſſumitur, & pro hominibus vel ſuper homines ὑπὲρ ἀνθρώπων conſtituitur τὰ πρὸς τὸν Θεὸν in iis quæ apud Deum agenda ſunt, ut offerat donaria & victimas pro peccatis, Heb.5.v.1. Deinde accedit hæc Hypotheſis quam ſubjungit Apoſtolus verſ. 4. Neque ſibi ipſi quiſquam ſumit hunc honorem, ſed qui vocatus à Deo eſt. Ex quibus patet ad Sacrificiorum λατρείαν prærequiſitum fuiſſe Miniſterium divinitus inſtitutum, in quo conſpicua eſſet vocatio divina ad munus Sacerdotale, unius ex multis hominibus qui ſuo & aliorum nomine ſe Deo ſiſteret Sacrificans dona & victimas, ut Mediator & Sponſor typicus Fœderis inter Deum & Eccleſiam, quemadmodum hoc pacto Chriſtum in Sacerdotibus præfiguratum diximus verum Fœderis Sponſorem.

Obiter dicemus, Vocationis illa neceſſitate, qua nemini fas eſt extra illam ſibi honorem illum aſſumere ut ſuo & aliorum nomine ſacrificet, porro jugulari ἐθελοθρησκείαν, & confirmari, Sacrificia ex cœlo fuiſſe, non ex hominibus.

Populi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

Populi illi expertes vocationis ad ſalutem qui non habebant Sacerdotii νομοθεσίαν.

Qandoquidem autem Vocatio ad Sacrũ miniſterium quo peraguntur τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, Eccleſiaſtica eſt, qua ſanctificabatur Sacerdos ἀρχηγὸς Sanctificationis Eccleſiæ; Cenſemus rejectionis ab Eccleſia viſibili ſymbolum fuiſſe in populo, ſi non eſſent Sacerdotes divinitus vocati, qui pro illis offerrent Sacrificia: Et manifeſtam ἀποστασίαν à Fœdere in illis qui dona & victimas ad Sacerdotẽ à Deo vocatum non adducerent λατρεύοντες: ſaltem qui doloris ſenſu non tangerentur in illa Eccleſiæ calamitate, qua arcerentur à Sacrificiorum oblationibus: puta ſervitute Ægyptiaca, captivitate Babylonica, aut τῇ διασπορᾷ ſequentium temporum: quemadmodum ſupra dicebamus iræ divinæ indicium fuiſſe ob populi ἀποστασίαν ceſſationem Sacrificiorum per XL. annos in deſerto.

Sacerdotii νομοθεσία conſervata in Eccleſia Patriarcharum, ex quibus Chriſtus.

Quaproter ſic cenſemus ſingulari cura & providentia Dei factum, ut ex quo in Eccleſia ſacrificari cœptum eſt, Sacrificia offerri non deſierint, quotieſcunque

libera

libera & ſui juris eſſet Eccleſia, in illo populo & ab hominibus illius populi in quo uſq; ad Meſſiæ adventum Eccleſiam propagatam Deus voluit: ac ſemper cum Fœderis ſolenniori dedicatione factus ſit Sacrificiorum ἐγκαινισμός. Adeo ut lubenter iis accedamus qui decem illos Patriarchas ante diluvium quorum decimus Noachus, & poſt diluvium reliquos prout uſque ad Jacobum recenſentur in Chriſti Genealogia, cenſent ordine & Succeſſionis jure Sacerdotio functos, titulo Primogenitorum, vel ſubſtitutionis in locum primogenitorum.

Sacerdotii νομοθεσία ſub Eccleſiæ initia ante Moſem non fuit intra ſolam lineam genealogiæ Chriſti.

Enimvero non impetrat aſſenſũ VVolfgangus Franzius, qui Scholæ Sacrificiorum Diſputatione VIII. hinc conatur elicere; Omnibus aliis præterquam illis intra lineam Chriſti ſacrificare prohibitum fuiſſe: & multo magis aliis extra & præter lineam Chriſti populis: neque ullo modo illis licitum fuiſſe eandem cæremoniam tractare. Non movemus controverſiam poſt ſtabilitum in terra Canaan Sacerdotium Aaronicum, cujus in-

ſtitutione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

ſtitutione divinitus ordinatum eſt ut jus ſacrificandi tantummodo reſideret penes lineam Aaronis & filiorum ejus: cum hac comminatione; Extraneus qui acceſſerit morietur. Numer. 3. v. 5. 6. Quam ordinationẽ Deus miraculo inſigni confirmavit contra aliorum Iſraëlitarũ murmurationes Germinante virga Aaronis & producẽte amygdala. Num. 17. Ac mox novi mandati promulgatione, Num. 18. Sed de anteactis ſæculis ſic credimus tantiſper licuiſſe & intra & extra lineam Chriſti aliis populis ſacrificare, quin debuiſſe illos ſacrificare, quantiſper in illis eſſet Eccleſia viſibilis Deo confœderata ex fide promiſſionis de venturo Chriſto, libera ut ante dicebamus & ſui juris, non redacta ab hoſtibus in ſervitutem: Adeo ut non neceſſe habuerint, ad unius populi in una linea conſtitutos Sacerdotes Sacrificia adducere ex aliis populis non rejectis à Dei Fœdere.

Quando ſoli Iudæi habuerunt jus ſacrificandi, Gentes reliquæ non fuerunt Populus Dei.

Quam rejectionem à Fœdere & ab Eccleſia in aliis populis impugnat idem Franzius Diſputatione I X. contendens ante Chriſtum etiam cunctos cunctorum

ſeculorum homines à Deo vocatos ad veram veri Dei & Meſſiæ notitiam, quem vere promiſerit Deus in ſalutem cunctorum & ſingulorum populorum hominibus cunctis & ſingulis, quotquot unquam vixerunt ab orbe cõdito, quotquot nunc vivunt, quotquot poſthac victuri ſunt uſq; ad interitum mundi. Theſ. 94. Quæ aſſertio ſi vera eſſet, aſſereremus nos donec ordinatione Sacerdotii Aaronici expreſſa lege aliter conſtitutum eſſet, nulli antea populo Sacrificiis interdictũ fuiſſe nec ante nec poſt diluvium. Nam cenſemus ἀσύστατα eſſe quæ Theſi iſtius Diſputationis cardinali conciliare nititur Franzius, ſcilicet, Ablato aliis populis Ethnicis jure Sacrificandi, non fuiſſe illos rejectos à Fœdere, neque à vocatione ad veram veri Dei & Meſſiæ notitiam; Quia exteris ſeu Ethnicis licitum fuerit petere, ut pro ipſis in populo illo, penes quem eſſet jus Sacrificandi, fierent Sacrificationes. Vocationem enim ad veram veri Dei & Meſſiæ notitiam in Eccleſia inſtituta, comitabatur neceſſario nexu, Sacrificiorum λατρεία, ad Fœderis Dei cum populo conteſſerationem, quæ publice non poterat fieri χωρὶς αἱματεκχυσίας.

Ut

Ut quicquid dicat Franzius, jus ſacrificandi tandem uni populo Iſraëlis vindicatum & aſſertum, fuerit viſibile teſtimonium, quo uni illi populo rejectis aliis gentibus aſſerebatur vocatio ad veram veri Dei & Meſſiæ notitiam.

Operæ precium erit Sententiam ἀλλόκοτον iſtam de vocatione omnium Gentium, omnium ſæculorum, ad veram veri Dei & Meſſiæ notitiam prout à Franzio propugnatur confutare accuratius, pro tuenda hac Theſi noſtra: Per MiniſteriumSacerdotum antiquitus in omni populo libero qui ſui juris eſſet, de jure divino debuiſſe Sacrificia offerri pro peccatis, quantiſper in populo eſſet vocatio publica & ordinaria ad ſalutem ἐξ ἀκοῆς πίστεως: Ut ſi ceſſaret in populo aliquo uno aut pluribus Sacrificiorum λατρεία, abrogata eſſet publica vocatio Eccleſiæ ad ſalutem, & Fœderis cum Deo œconomia viſibilis in populo illo: ac ſignificata divina populi illius reprobatio, & inimicitia cum Deo, ſi non in omnibus ſtatim, ſaltem in pluribus individuis Apoſtatis & Fœdifragis: Quemadmodum publica teſtificatio erat liberæ Dei Gratiæ in Spirituali Fœdere cum ſingularibus perſonis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

per Chriſtum ſalvandis juxta propoſitum Electionis in populo aliquo; ſi populum illum præ aliis Deus eligeret, in illo præ aliis deponens inſtrumenta Fœderis & δικαιώματα τῆς λατρείας.

Per promiſsionem de Semine, Gen.3. v.15. Non eſt inſtauratum Fœdus cum omnibus & ſingulis cunctorum populorum hominibus.

Sententiam contrariam munire ſatagit Franzius primo ex oraculo de Semine mulieris contrituro caput ſerpentis, Geneſ.3. v.15. Quod oraculum ſacrum, Quiſnam, inquit, poterit ad ſolos Judæos vel ſolam lineam genealogiæ Meſſiæ reſtringere, quaſi in gratiam illorum Judæorum videlicet ſolorum Meſſias venire debeat, utpote quæ Judaïca linea tunc nulla diſtincta ab aliis nominari imo nec cogitari poterat. Nam tunc temporis per Adamum & Evam fuiſſe repræſentatum totius generis humani per omnia durationis mũdi ſæcula ſecuturas claſſes quaſvis, quilibet facile largietur.

Atqui ut hoc Franzio largiamur, vetat ipſa fœderis formula quæ oraculo illo expreſſa eſt: quæ non permittit ut per Adamum & Evam repræſentata fuerint

cuncta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

cuncta totius generis humani individua, imo ne populi quidem cuncti: quia ſtabiliendæ Fœderis amicitiæ ponit Deus inimicitiam ἄσπονδον non cum Serpente ſeu Diabolo tantum, ſed etiam cum Semine Serpentis ſeu Diaboli, quo nomine veniunt hominum numerus ille ſuper quos manet ira Dei, & qui manent in morte, Joh.3.v.36. 1 Joh.3.v.14. qui conſequenter manent inimici Dei, Rom.5. verſ.10. Niſi enim illi hic intelligantur qui ex hominibus dicuntur Filii Diaboli, 1 Joh.3. v.10. Actor.13. v.10. & allegoria Moſaïca ὄφεις ϗ γεννήματα ἐχιδνῶν ſerpentes & progenies viperarum, Matth.3. v.8. c.12. v.34. c.23. v.33. Luc.3. v.7. Niſi inquam illi Diabolo Serpēti tanquam Semen ejus hic accenſeantur, ut hoſtes & inimici Seminis promiſſi; neceſſe eſt una cum ipſa muliere cenſeri in Semine mulieris ut hoſtes & inimicos Serpentis & ſeminis Serpentis, id eſt Diaboli & filiorum Diaboli, quod eſt ἀσύστατον. Frivolum autem eſt per Semen Serpentis neglecta Scripturæ interpretatione quæ Hominibus qui in morte manent, & quorum odium & inimicitias credentes experiuntur, tanquam Filiorum Diaboli, inde à Caino,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

applicat oraculum hoc eventu, quod ipſas illas inimicitias, quas ab illis experitur Eccleſia inde ab Abele, tanquam opus Diaboli Chriſtus venerit deſtruere. 1 Joh. 3. v. 8. 14. frivolum inquam eſt Hominibus iſtis excluſis cum Franzio per Semen ſerpentis intelligere Gregem Diabolorum, ſub uno certo duce & Anteſignano Satana primario, quod ille contendit, Diſp. 2. Theſi 26. & Diſp. 10. Theſ. 95. 96. 97. ſed nullo Scripturæ loco confirmat in quo de Diabolorum cohortibus ſermo eſt.

Quanquam autem tempore iſtius oraculi Deus indefinite loqueretur quia nondum aucta Adami familia non erat opportunum ut expreſſa formula Fœdus ſuum Deus adſtringeret ad lineam genealogiæ Chriſti: Attamen apparet ex hiſtoria ſacra, hoc inde ab initio Deo curæ fuiſſe, ut Genealogiæ Chriſti linea accurate ſuo tempore internoſceretur: atq; in illa conſervarentur reliquiæ Eccleſiæ, ex mundi reliqui Apoſtaſia, ut in diebus Noachi. Cujus familia poſt diluvium aucta cœpit denuo ad lineam Genealogiæ Chriſti præ aliis reſtringi Promiſſio benedictionis in Semine mulieris, quando Noachus Spiritu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

ritu Prophetico maledixit Canaan, & hæreditatem benedictionis legavit Semo, ex quo deſcendit Abrahamus, Geneſ. 9. 25. 29. Cum qua maledictione Canaan in Chamo cœptus eſt ædificari paries intergerinus, quo tandem gentes aliæ ſecretæ fuerunt à populo Dei. Quemadmodum porro Deus viam muniit peculiari Hebræorum electioni in populum quando linguas confudit in Babel. Geneſ. 11. Non enim ante illi confuſioni linguarum remedium adhibuit Deus, quam Apoſtolis in die Pētecoſtes datus eſt Spiritus S. cum dono linguarum ad demoliendum parietem intergerinum, quo arcebantur Ethnici à ſpe ſalutis.

Promiſſio de benedicendis Gentibus erat futuri temporis.

Secunda Claſſis argumentorum Franzii conſtat potiſſimum promiſſione illa Abrahæ facta & iterata Iſaaco & Jacobo qua dicuntur in Abrahamo & in ſemine ejus benedicendæ omnes familiæ ſeu cognationes terræ, & omnes Gentes. Geneſ. 12. v. 3. Gen. 22. v. 18. quod explicatur hoc pacto ab Apoſtolo, Rom. 4. ut intelligatur Abrahamo data promiſſio de Meſſia ex ſua linea oriundo, cum non-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

dum eſſet circumciſus, ut eſſet Pater omnium credentium tam præputiatorum quam circumciſorũ. Hinc Franzius Diſput.9. Theſ.5.6.7. conatur elicere, ilico tunc, non demum poſt ſæcula aliquot fuiſſe credentes præputiatos filios Abrahæ: quod probare ſatagit duplici argumento. I. Ex phraſi εἰς τὸ εἶναι, quod eſt ſcilicet ut ſit, non ut eſſet. II. Quia alias quoque dicendus tantum eſſet Pater credentium circumciſorum poſt exaltatum tantum Chriſtum, quod abſurdum. Subnectit etiam hæc, Abrahamum habitatione ſua per centum annos in Tabernaculis extra domos & oppida, & Circumciſionis Sacramento ſibi & ſuis applicato invitaſſe vel longiſſime diſſitos, ad cauſas talium habitationum & ſimul circumciſionis explorandas.

Atqui cuncta hæc frivola ſunt: Nam I. εἰς τὸ εἶναι mox v. 28. ab Apoſtolo explicatur per εἰς τὸ γενέσθαι; ac per id ſignificatur manifeſte non quod præſens erat, ſed quod contra ſpem ſub ſpe credebat futurum. II. Nihil vetat Analogiam eſſe in hac prædicatione, ut diverſis temporibus verificetur quod de diverſis populis dicitur. Quid quod ipſe Apoſtolus exſerte

ſerte docet, Abrahamum quãdo primum ex Fide juſtificatus fuit non fuiſſe ilico tunc Patrem ne Judæorum quidem circumciſorum: Credidit enim Deo vocanti quæ non ſunt, tanquam ſint, ſe futurum Patrem multarum Gentium, Ro. 4. v. 17. Erat ergo ad tempus ſola ſpe promiſſionis Pater. Unde licet invertere argumentum hoc modo: Si non fuit aliquamdiu niſi ſpe Pater credẽtium circumciſorum; non potuit ilico eſſe Pater credentium præputiatorum. Et quia Judæi ſunt primogeniti, ſequitur neceſſario quod non eodem momento ilico fuerit pater utrorumque. Denique διαῤῥήδην facit contra Franzium quod Apoſtolus docet, Scripturam prævidiſſe Deum ex Fide juſtificaturum gentes, ideoque ante euangelizaſſe Abrahę; Benedicentur in te omnes gentes. Gal. 3. v. 8. Reliqua nihil roboris ſimiliter habent. Nam I. Minus oportunum eſt ut ab iis qui extra domos & oppida vivunt ad religionis ſocietatem invitentur qui in domibus & opidis vivunt. II. Habitatio ſaltem illa Abrahami extra opida nihil habebat adſpectabilis aut admirabilis formæ, quamdiu quidem Abrahamo nondum aucta erat poſteritas.

 III. Au-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

III. Aucta vero Abrahami poſteritate tantum abeſt ut invitari aut allici potuerint gentes ad ſocietatem religionis, intellecta cauſa habitationum iſtarum extra opida; ut occaſio fuerit inimicitiarum, qua ad Iſraëlitarum internecionem potius irritarentur, quippe qui occaſionem exſpectabant terras & poſſeſſiones ipſorum invadendi, extruſuri & deleturi ipſos, neque paſſuri vel cohabitationem ipſorum, Joſ. 9. An exiſtimabit quiſquam potuiſſe Gentium amorem Judæis conciliare vicinorum populorum lanienam & excidia? præſertim cum nullæ memorentur interceſſiſſe humanæ occaſiones in quibus fundaretur jus belli; ſed imperatæ tantum extra ordinem exſequutiones occultorum Dei judiciorum.

Hypotheſes Paradoxæ Franzii Witembergenſis.

Lubet autem examinare Hypotheſes quas ex Fœdere cum Abrahamo inito & per circumciſionem confirmato derivat Franzius, quibus opinionem ſuam ſtatuminare & expolire ſatagit, de jure ſacrificandi depoſito apud poſteritatem Abrahami, manente apud Gentes vocatione publica ad veram veri Dei & Meſ-

ſiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

ſiæ notitiam. Sic ergo opinatur Franzius: Idem Fœdus quoad promiſſionem præcipuam ſemper duraſſe inter gentes: Promiſſum enim fuiſſe Meſſiam ſingulis individuis, ſingulorum mundi & ſingulorum populorum: Sed Abrahamo & Semini ejus auctum eſſe hoc fœdus, acceſſione duarum aliarum promiſſionum, I. de terra Canaan, II. de populi Judaïci multiplicatione in eadem: & magis explicita patefactione de Meſſiæ in illa terra ex hoc populo nativitate: qui populus ſigno circumciſionis in membro genitali hoc fine notatus ſit. Quod ſignum circumciſionis proinde nõ omnibus fœderatis inſtitutũ ſit, nec opus fuerit ut qui ex gentibus convertebantur circumciderentur: ſed ſoli Judæi, & ſi qui ex Ethnicis in Judæorum familias recipi, & una Paſchate veſci vellent: quia etſi in fœdus cooptarentur omnes Ethnici veram religionem profeſſi, ſoli tamen lineæ Abrahami promittebantur cuncta illa tria bona; ſolique Judæi non alii habuerunt illam nunc declaratam adoptionem, gloriam, fœdera, legis conſtitutionem, cultum & promiſſiones & Patres, & eos ex quibus Chriſtus quoad carnem. Pro gentibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

tibus autem ante natum Chriſtum Deus nullas præſcripſerat cæremonias Sacramentales: voluit enim puro corde ab ipſis coli, auditione verbi & ſanctis precibus; Neque legi Sacrificiorum tali ſevera conditione Ethnicos adſtrictos voluit, quali cōſtrictos teneri volebat Iſraëlem ſuum.

Gentium vocatio ad Fidem in Chriſtum per Apoſtolos nova fuit.

Enimvero non uno abſurdo laborant hypotheſes iſtæ. Nam ſequitur, tempore Novi Teſtamenti quando egreſſi ſunt Apoſtoli ad docendum omnes Gentes, non fuiſſe ulli populo novam aut inauditam prædicationem de Meſſia: Sed Gentiles non minus quam Judæos præparatos fuiſſe ad excipiendum Euangelium, quippe inter quos continuatæ ac ſemper conſervatæ eſſent veteres de Meſſia promiſſiones: ideoque fuiſſe citius aſſenſos prædicationi Apoſtolicæ quia (quod non veretur Franzius aſſerere de Chuſæis ſeu Æthiopibus ex hiſtoria quæ eſt Act.8.) habebant jam ante notitiam ſat accuratam religionis veræ.

At vero hoc repugnat aperto Scripturæ teſtimonio, Eſai.52. v.15. ubi Gentes & reges earum dicuntur viſurę quod non narra-

narratum fuerat eis, & animadverſuræ quod non audierant.

Ac fruſtra nititur Franzius contrarium probare ex loco Actor. 13. verſ. 42. 43. ubi Paulum & Barnabam egredientes ex Synagoga Judæorũ rogant Gentes ut in proxime ſequens Sabbatum ſibi loquerentur verba Euangelii: mox autem ſoluto conventu dicuntur Paulum & Barnabam ſecuti multi ex Judæis & religioſis proſelytis, quibus perſuaſerunt ut perſeverarent in gratia Dei. Hinc aſſerit Franzius Diſp. 9. Theſ. 60. 61. Ethnicos paſſim per orbem intereſſe ſolere ſacris & Synagogis Judaïcis; atq; edoctos fuiſſe à Judæis ex Jeſaia & Daniele de Meſſia promiſſo & paſſuro, quæ ipſi converſi in ſuis quoque Templis docuerint. Atqui ex ipſa illa hiſtoria manifeſtum eſt, ſacris & Synagogis Judaïcis non interfuiſſe Gentes, ſed ſolos ex Gentibus proſelytos, qui per circumciſionem cooptabantur in populum Judaïcum, de quibus nulla eſt controverſia. Atque ea propter Gentibus inſolitam fuiſſe verbi Dei auditionem, quæ tum demum ipſis data ſit, cum illam averſarentur Judæi ac repellerent, atque ab ipſis averſi Apoſtoli ad Gentes ſe converterent,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

verterent. Actor 13. v.46. Hinc Scriptura hæc momenta prædicationis Euangelicæ diſtinguit, ut primum Judæis facta ſit, poſtmodum Gentibus, Rom. 1. v.16. Ac priori momento durante apud Gentes Chriſtus ne quidem nominatus fuerit, ut de Gentibus ab Hieruſalem Illyricum uſque perhibet Apoſtolus. Rom. 15. v. 19. 20. Equidem aſſertioni Franzii reclamat hiſtoria tam Sacra quam Profana, quæ nuſquam docet, ſonuiſſe in Templis Ethnicorum doctrinã de Meſſia promiſſo & paſſuro, & cum hac doctrina continuatum apud Ethnicos publicum veri Dei cultum, uſque ad Chriſtum.

Gentiliſmus Vetus quidem Apoſtaſia eſt à Vera veteri religione, ſed in variis Gentibus antiquior incunabulis Reipublicæ.

Si Paganiſmi aut Gentiliſmi primordia ſpectemus, haud gravatim largiemur, in ſe nihil eſſe, quam ἀποστασίαν & defectionem à Vetuſtiſſima vera Religione Patriarcharum, vero Deo ex Fide in promiſſum Meſſiam Sacrificantium, ad idolomaniam & δεισιδαιμονίαν, cum cœca Sacrificiorum κακοζηλίᾳ. Ac potuiſſe illam Apoſtaſiam ex illa κακοζηλίᾳ, aliiſque obſcuris notitiæ veri Dei ac priſcæ religionis

gionis veſtigiis convinci, quemadmodum ex ara Athenienſium inſcriptionem illam, ἀγνώστῳ Θεῷ, Paulus teſtem advocat, Actor. 17. v.23. Attamen non neceſſe eſt Apoſtaſiam illam imputare ſingulis Gentium populis, omnium ſeculorum; quæ fuit in multis populis antiquior omni hominũ memoria, quin ipſis Reipublicę incunabulis: Quandoquidem expreſſiſſime docet Scriptura, Gentes variasquę Chittæorum nomine & nomine Kedar veniunt apud Prophetas, puta Meridionales, Septentrionales & Orientales, ut cenſent docti interpretes, multis retro ſæculis publico cultu ſerviiſſe idolis, ac laudabili in ſpeciem conſtantia perſeveraſſe in cultu iſto πατροπαραδότῳ. Peragrate, inquit Deus, regiones Chittæorum, & videte; aut ad Kedar mittite & animadvertite valde: videte inquam an fuerit quid hujuſmodi: An mutaverit gens Deos, quamvis illi non ſint Dii. At populus meus mutavit gloriam ſuam in idolum inutile. Jerem. 2. v. 10. 11. Fieri non poteſt ut Deus illarum regionum populis loquutus ſit, aut ſe ad ſalutem ipſis patefecerit: quorum conſtans ſervitus Diis non Diis præſtita, opponitur Judæo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

Judæorum inconſtantiæ in mutanda religione. Quando enim Deus hac in ſpeciem laudabili conſtantia Judæos provocat ad æmulationem: negat certe in Gentibus inveniri contumaciam, qua veram religionem ipſis patefactam neglexerint, ſive nuperam Apoſtaſiam quam DeusIudæis prę gẽtibus exprobrat, Franzius autem Gentibus affingit: Si enim religionem mutaſſent, non ſicut Judæi verum Deum cũ idolis, ſed idololatriam veterem cum nova commutaſſent, ut locus manifeſte evincit.

Ex Franzii Hypotheſibus tollitur omnis Iudæorum præ Ethnicis vetus prærogativa.

Quid quod ex Franzii aſſertione ſequitur non adeo multum fuiſſe per omnem modum τὸ περισσὸν τοῦ Ἰουδαίου, ut fuerit hoc Judæorum privilegium quod prædicat Paulus, nempe quod ipſis ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ. Rom. 3. v. 2. ſi Gentes quoque habuerunt auditionem verbi. Neque enim hoc totum eſt, quod eſſent Judæi à Deo conſtituti Bibliothecarii Eccleſiæ: nam haud gravatim etiam hodie non obſtante illorum rejectione illos agnoſcimus Bibliothecarios librorum Veteris Teſtamenti: Sed amplius

hoc intellexit Apoſtolus, quod ipſi habue-
rint verbi Dei miniſterium per Propheta-
rum prædicationes, & ex Verbo Dei in-
ſtitutũ cultum & δικαιώματα τῆς λατρείας:
quæ Verbi prædicatio & vera religio ad
Gentes tum demum eſſet transferenda,
quando hac Gẽtium vocatione ad æmu-
lationem provocandi & ſic indurandi eſ-
ſent Judæi. Confer loca, Deut. 32. v. 21.
Rom. 10. v. 17. 19. Rom. 11. v. 11. 12. 15. &c.

Quin imo, multa in omnem modum fuerit præſtantia & prærogativa Ethnicorum præ Judæis, ſi Ethnici habuerunt veram notitiam Dei & Meſſiæ; nec tali ſevera conditione adſtricti fuerunt legi Sacrificiorum, quali conſtringebantur Iſraëlitæ, non deſtituti auditione verbi qua de vero Dei cultu ex puro corde & per ſanctas preces ſancta adoratione inſtruerentur. Si hic Franzio credimus, contra Scripturam & Experientiam cogemur credere, Ethnicos gaviſos fuiſſe pari cum Chriſtianis libertate à Legis cuſtodia, Gal. 3. v. 23. quippe non implicatos cum Judæis jugo ſervitutis intolerabili, Gal. 5. v. 1. Act. 15. v. 10. non redactos in ſervitutem ſub elementis mundi, Gal. 4. v. 3. Et glorioſius fuiſſe inter Ethnicos miniſte-

rium

rium verbi quam inter Judæos, quippe non obnubilatum umbris ſuo tempore abolendis, quæ habebant διακονίαν mortis & condemnationis; ſed conſtans ſolo ſpirituali cultu ex puro corde, qui non aboletur ſed manet. 2 Cor. 3. v. 6. 11.

Enimvero neque conciliari poſſunt iſta quæ aſſeverat Franzius, non fuiſſe ſevera lege adſtrictos Gentiles ad Sacrificiorum religionem: & tamen placuiſſe Deo voluntaria ipſorum Sacrificia quæ Hieroſolymis inſtituebant ii quos pietatis amor ferventior & ſumptuum ratio eo ducebat. Aut enim hic ferventior pietatis amor ortus eſt ex cognitione illius ſeveræ Legis Dei, Ex. 23. v. 17. Deu. 16. v. 15. cujus religione una cum Judæis aſcendebant Hieroſolymam proſelyti: adeoque ſine peccato non licuit illis abſtinere iſta profectione ad ſacrificandum: Aut peccarunt per ἐθελοπερισσοθρησκείαν, quando ſe implicarũt jugo ſervitutis quo Deus eos non adſtrinxerat, atque ſacrificarunt ſine Fide, quia nullo Dei mandato obſtricti: Abſque fide autem impoſſibile eſt placuiſſe, Heb. 11. v. 6. Quin tentarunt Deum. Act. 15. v. 10.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

Invitationes Gentium Prophetica ad veram Dei & Meſſiæ agnitionem erant futuri temporis.

Non patrocinantur Franzio ſolennes omnium Gentium invitationes ad agnitionem veri Dei & Meſſiæ promiſſi quæ in Prophetis & Pſalmis occurrunt. quas hic conglomerat ut fidem faciat vocationis Gentium veteris ante Chriſtum: Nam oracula illa continent mandatum quidem de Gentibus advocãdis ad Chriſtum, ſed non quod tunc Prophetas obligaret, ſed quo in plenitudine temporis tenerentur Euangeliſtæ & Apoſtoli, poſtquam primum Judæis expoſitus eſſet ſermo Dei ipſique eum repuliſſent, non ante: ut evincit proteſtatio Apoſtolica adverſus Judæos Euangelio immorigeros: Vobis neceſſe fuit primum exponi ſermonem Dei, Act. 15. v. 46. Quæ cauſa eſt cur Chriſtus ipſe in diebus carnis ſuæ ſe miſſum dicat tantum ad oves perditas domus Iſraëlis: & Diſcipulis interdicat ne ad Gentes abeant. Matth. 10. v. 5. 6. & c. 15. v. 24. Premitur ergo Franzius hoc abſurdo, ut Chriſtus ipſe neglexerit, & diſcipulis ſuis vetuerit quod Deus mandarit, nimirum ut cuncti cunctorum ſæ-

culorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

culorum Ethnici invitarentur & exſuſcitarentur ad Fidem Chriſti. Abſit blaſphemia iſta, & agnoſcamus in Propheticis iſtis Gentium invitationibus depingi ex viſionibus tanquam præſentem futuram ſub Novo Teſtamento Gentium vocationem illam quam elaboraturi erant Apoſtoli, aliique ex Iſraëlitis Euangeliſtæ.

Ante Chriſtum Gentes erant rejectæ à Fœdere.

Aſſerimus ergo cum Scripturis, poſt quatuor circiter ſæcula ab inſtituta circumciſione, multiplicato in linea Iſaaci ſemine Abrahami & conſtituta Republica duce Joſua & deinceps, ſtante & vigente Sacerdotio Aaronico in terra ſancta, ita conſummatam Dei conſilio, cœptam in Ægyptiis reliquarum Gentium rejectionem à Fœdere Gratiæ, ut qui alieni eſſent à Republica Iſraëlis, neque in illam cooptarentur per Circumciſionem titulo Proſelytorum, extranei eſſent à pactis promiſſionis, ſpem non habentes & Dei expertes in mundo, Epheſ. 2. v. 12. non eſſent populus, nec illorum miſereretur Deus, Hoſ. 2. v. 23. 1 Pet. 2. v. 10. Deut. 32. v. 21. ab ipſo Chriſto in diebus carnis dicti Canes, Matth. 15. verſ. 26.

Quippe

Quippe quos iſtis ætatibus Deus ſinebat ſuis ipſarum viis incedere; puta ut peccatores in peccatis mortuos, in quibus verſabantur, ut eſt vita hujus mundi ſecundum principem cui poteſtas eſt aëris, & ſpiritus nunc agentis in hominibus contumacibus. Actor.14. verſ.16. Gal.2. v.15. Eph.2. v.1. &c. Atque ſic ambulabant in tenebris & conſidebant in terra umbræ lethalis, Eſai.9. v.1. Neque vocabat illos Deos ex tenebris in lucem. Nec enim ulli Genti verba ſua indicavit, nec ſtatuta aut jura ſua, ideoque jura iſta non noverant iſtis ignorantiæ temporibus, Pſal. 147. v.19.20. Act. 17. v.30. Atque ſic in Gentibus Eccleſia Catholica erat ſterilis, non pariens liberos, quia non erat Deo conjugata Gens ulla præter Judaïcam, Eſai. 54. v.1. Gal.4. v.27. Judæi erant populus peculiaris à Deo ſelectus præ omnibus populis ſub univerſo cœlo, Deut. 7. v.6. in quorum majores Jehova amore propenſus fuerat, diligendo eos ut eligeret ſemen eorum poſt eos præ omnibus populis, Deut. 10. v.14. Tantummodo illos ex omnibus cognationibus terræ agnoſcebat Deus, Amos 3. v.2. In hac teſtimoniorum nube videmus non umbratilem

typum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

typum ſed αὐτὴν τὴν εἰκόνα Electionis & Reprobationis divinæ qua ex populo Judaïco colligere voluit Deus Eccleſiam ad vitam æternam electam, ex Gentibus minime.

Oraculi de Eſauo & Iacobo διάνοια vindicatur contra Franzium.

Nimirum ergo cœcutit Franzius, qui aliud agens in Hypotheſi de Eſauo & Jacobo, & de Eſaui linea in perſona Jobi, Diſp. 8. primis Theſibus 15. & Diſp. 9. Theſ. 38. ne manus dare cogatur veritati in doctrina Electionis & Reprobationis, ita conatur elabi, quaſi oraculi illius, Major ſerviet minori, διάνοια, non attigerit electionis & reprobationis αὐτὴν τὴν εἰκόνα, ſed typum & umbram tantum, in Sacrificiorum oblatione ac Sacerdotii jure à linea Eſaui in lineam Jacobi tranſlato. Ea verba Franzii Diſp. 8. Theſ. 11. Majorem autem ſervire debere minori, nihil aliud fuit quam quod ſecundo genitus jus Sacerdotii & principatus ſupra primogenitum ſperare, accipere, uſurpare, & in ſuam poſteritatem propagare debuit; adeoque quod ex primogenito & primogeniti poſteritate linea Chriſti fuit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

tranſlata in ſecundo genitum & in poſteritatem ſecundo geniti.

Cum Eſauo non ilico rejecti Edomæi.

Agnoſcimus ſubeſſe illi oraculo prærogativam etiam illam poſterorum Jacobi præ Eſaui poſteris, quod penes illos futura eſſet Sacerdotii νομοθεσία, his neglectis quin ſub jugum miſſis & domitis à Saule & Davide, quorum temporibus accenſeri cœperunt inimicis populi Iſraëlitici, 1 Sam.14.v.48. 2 Sam.8.v.14. 1 Reg.11. v.15.16.

Edomæorum rejectio tandem facta non tantum typice per ablationem Sacerdotii, ſed revera à ſpe ſalutis.

Attamen externa illa prærogativa populi Iſraëlitici præ Idumæis ſubjugatis in tempore præfinito, poſt conſtitutã Rempublicam Judaïcam & Sacerdotium Aaronicum, in Idumæis non minus quam in reliquis Gentibus hoc obſignavit, intercedere inimicitias inter illos & Deum Judæorum: quod docet Apoſtolus, Epheſ.cap.2. quando ſignificat, non aliter peremptas per Chriſtum inimicitias illas, quam facta per Chriſtum reconciliatione cum Deo, verſ. 15.16. atque Legem ipſam vocat inimicitias hic, quemadmodum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

dum illam alibi vocat chirographum nobis contrarium, Col.2.14. quapropter in Legis abolitione ita docet ſublatas inimicitias, ut Gentes una cum Judæis obtinuerint aditum ad Patrem per unum Spiritum, verſ.18.ac facti ſint cum Judæis domeſtici Dei, verſ. 19. & habitaculum Dei per Spiritum.verſ.22. Quapropter in Vocatione Gentium per Apoſtolos, ſtatuitur illuſtre παράδειγμα gratuitæ Reconciliationis Dei nobiſcum cum adhuc eſſemus peccatores & inimici, Rom. 4. v.8.10. quia dicuntur per illam Vocationem Gentes ditatæ, Rom. 11. v.12. dicitur ipſis obtigiſſe σωτηρία ſalus, verſ. 11. καταλλαγὴ reconciliatio v.15. dicuntur inſiti in veram oleam & participes facti radicis & pinguedinis oleæ. verſ. 17.24. dicitur denique oblatio ipſorum jam Deo accepta & ſanctificata per Spiritum Sanctum, Rom. 15.16. cum ante illam vocationem ſervientes iis qui non eſſent natura Dii, quæ immolabant, Dæmoniis immolarent, non Deo, Gal. 4.v.8. 1 Cor. 10.v.20. quapropter tanquam intergerini parietis ſepto excluſi erant ab Eccleſia, atq; arcebantur à ſacris Judaïcis, quod Excommunicationis formula à Chriſto

præ-

præſcripta teſtatur; Eſto tibi tanquam Ethnicus, Matth.18. & expoſtulatio graviſſima Dei cum domo Iſraëlis, ſi in domum ſacram introducerent alienigenas præputiatos corde & præputiatos carne. Ezech. 44. v. 6.7.8.9. confer Eph.2. v.12. ubi in Chriſto Jeſu dicuntur propinquæ factæ per ſanguinem ipſius, ſoluto intergerini parietis ſepto.

Si jam evicerit Franzius oraculo illo ilico tunc abdicatum Eſauo & lineæ Eſaui Sacerdotium, ac de facto ablatum; neceſſaria conſequentia ex Scripturis jam indicatis concludemus, cum Eſauo poſteros ipſius rejectos fuiſſe & ab Eccleſia divinitus excommunicatos tanquam inimicos, non quidem præputio ſed corde incircumciſos.

Rejectio Gentium non facta ilico tempore Abrahami, ſed demum poſt quatuor ſæcula ſub Ioſue.

Enimvero nos de linea Eſaui & ſecus ſentimus quam Franzius, & in univerſum de Gentibus reliquis, quoad Sacerdotii jus. videlicet non fuiſſe illud ipſis ablatum ſimul & ſemel ſub tempus inſtitutæ Circumciſionis, aut circa mortem Iſaaci: ſed tantiſper ante & poſt inſtitutam Cir-

cumciſionem, fuiſſe in aliis populis variis collectam Eccleſiam, ac penes Eccleſiam relictum jus ſacrificandi, donec poſt quatuor illa ſæcula de quibus Deus loquebatur Abrahamo, Gen.15. verſ.15.16. impleta in Gentibus peccatorum menſura, matura eſſet illarum rejectio, & nominatim poſterorum Chami Cananæorum devotio ad internecionem, per bella quæ geri cœpta ſunt duce Joſua ac deinceps contra illos, tanquam Semen ſerpentis maledictum. Quid quod tantiſper non parcitum fuiſſet impiis, niſi inter illos fuiſſent reliquiæ juſtorum ſalvandorum, quorum vitæ terminum exſpectabat exequutio judiciorum divinorum. Non eſt completa iniquitas Amorrhæi adhuc, inquit Deus ad Abrahamum. Erat inter Cananæos populos quos Deus bello deletos volebat primus Amorrhęus, à quo juſſit Iſraëlitas bellum ordiri, ad adeundam hæreditatem terræ ipſorum. Deut.2. v.23. Interim & vocabantur vocatione ordinaria ad ſalutem reliquiæ illæ, & in populis illis conſtituebant viſibilem Eccleſiam, in qua vigebant Sacrificiorum oblationes ex veteris veræ religionis inſtituto. quæ ſi fierent ex Fide, Deo accepta

cepta erant. ut Sacrificia Melchiſedeki, Jethronis, & Jobi, de quibus ſupra.

Intra quatuor illa ſæcula Sacerdotes fuerunt divinitus vocati etiam extra lineam Iſaaci & Iacobi.

Quandoquidē ergo Jobus juxta communem opinionem erat in vel ex terra Us ſeu Edom lineæ Eſaui, Geneſ. 36. v. 1. 9. 28. ejus ſaltem tempore necdum fuit à linea Eſaui ablatum jus ſacrificandi: Unde liquet nec vivo Eſauo ablatum fuiſſe; atque ea propter typicam illam umbram rejectionis Eſaui & Electionis Jacobi, eſſe meram conjecturam præter mentem oraculi de illis pueris cōfictam; qua repudiata nihil reliquum eſt quam ut oraculū intelligatur de Prædeſtinatione divina Eſaui ad juſtam damnationem, Jacobi ad ſalutem æternam ex miſericordi gratia, juxta illud quod ſcriptum eſt, Mal. 1. v. 2. Jacobum dilexi, Eſauum odio habui. In quam ſententiam diſſerit Paulus, Rom 9. verſ. 10. 11. 12. 13. Si libet typi vocem in hoc negotio uſurpare, non patitur res ipſa ut id fiat ſignificatione communiori illa qua Umbræ Legales typi vocantur; ſed per typos intelligemus exempla & paradigmata; qua Phraſi utitur Apoſto-

lus, 1 Cor. 10. v. 6. 1 Theſſ. 1. v. 7. 1 Tim. 2. verſ. 12.

Non eſt ſilentio tranſmittenda evaſio Franzii per quam conatur τὴν θέσιν διαφυλάττειν, poſtquam ſemel tuendum id ſibi ſumſit, ſolis Semi poſteris intra lineam genealogiæ Chriſti & ſolis Semi majoribus qui in eadẽ linea retro numerantur fas fuiſſe Sacrificia offerre: premitur autem exemplis Melchiſedeki, Jethronis & Jobi extra lineam Genealogiæ Chriſti ſacrificantium: Utitur hac evaſione, primo generatim. Non auſos fuiſſe ipſos unquam ſacrificare pecora Sacrificialia per ſe manibus ſuis magis quam id fas fuit Davidi & Salomoni; ſed ſacrificaſſe adductis Sacrificiis ad alias perſonas competentes, ſcilicet qui Sacerdotes eſſent intra lineam Genealogiæ Chriſti, Diſp. 9. Theſ. 35. 36. 37. 38.

Iethro ſacrificavit immediate victimas.

Tolerabile eſſet ſi de uno Jethrone ſecus ſentiendi πρόφασιν tantum arriperet ex eo quod non dicatur exſerte כהן Cohen Deo altiſſimo, ſed Cohen Midian; unde merito quæratur, an nõ potius dux Midian fuerit. Quanquam Sacerdos Midian fuerit. Quanquam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

quam non impetrat hic à nobis aſſenſum; quia non perſuadet, inter Midianitas poſteros Abrahami ex Cethuræ quarto filio, Geneſ. 25. v. 2. adeoque per circumciſionem Deo confœderatos, emortuam fuiſſe Sacrificiorum λατρείαν, ante Exodum populi Iſraëlitici ex Ægypto, cum in Lothi poſteritate illã multo poſt tempore continuatam cum vera notitia Jehovæ teſtetur hiſtoria Bileami qui Sacrificiis Jehovæ oblatis Spiritu Jehovæ prophetavit conſulentibus ipſum & Midianitis & Moabitis, Num. 22. 23. 24.

Bileamus impius, verus tamen Propheta & Sacerdos Iehovæ, inter Moabitas.

Tametſi enim Bileamus animo impius & profanus fuit, quippe ex illo tempore conſilio ſuo auctor fornicationis & idololatriæ inter ipſos Iſraëlitas; hoc nihil vetat, quominus aliis piis inter Moabitas Sacerdotibus legitima vocatione ſucceſſerit atque ordinatus fuerit, ut adductis ad illum victimis per ipſum conſuleretur & coleretur verus Jehova, cujus χρηματισμὸν Bileamo familiarem fuiſſe conſtat ex eadem hiſtoria. Non fit veriſimile ante ablationem Sacerdotii à Poſteritate Lothi, idem ablatum fuiſſe à poſteritate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

Abrahami, extra lineā genealogiæ Chriſti, antequam intra illam lineam per Moſem ordinatum eſſet; neque de Sacerdotio inſtaurando quod ceſſabat in ſervitute Ægyptiaca Deus Moſi loquutus eſſet; ac tandem per annos XL. Moſes inter Midianitas degeret, atque ex illis ſibi legeret ſocerum Jethronem.

כהן *quid ſignificet?*

Ad ſignificationem vocis כהן quod attinet, fatemur Filios Davidis hoc vocabulo indigetari, 2 Sa.8.v.18. כהנים; ſed exponi, 2 Par.19.verſ.17. primos ad manus Davidis: & neceſſariam eſſe expoſitionem illam, quia David & Davidis filii ex tribu Juda orti poſt tribum Levi electam Sacerdotes eſſe non poterant: teſte enim Apoſtolo de tribu Juda nullus attendit altari; neque ejus tribus reſpectu quidquam de Sacerdotio loquutus eſt Moſes, Hebr.7.v.13.14. quo argumento lubenter largimur quoque illud; nec Davidem nec Salomonem aliter ſacrificaſſe, quam per manus Sacerdotum ex linea Aaronis. Sed ante *τάξιν Ααρὼν* ſeu ordinem illum quo Aaron ſeorſim à Moſe populi Iſraëlitici Rege, titulo כהן præfectus eſt eidem

dem populo τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, Deo volente ut ſemper in poſterum quiſquis eſſet in populo Dux vel Rex tractaret negotia Politica tanquam ראש או נגיד לכל דבר המלך Caput aut Dux in omni negotio regio, qui vero conſtitueretur הכהן ſummus Sacerdos, & qui ſub ipſo ordinarentur, tractarent negotia Jehovæ: eſſetque הכהן הראש לכל דבר יהוה, Caput in omni negotio Jehovæ, 2 Paral. 19. v. 11. Ante inquam ordinem illum conſtitutum & electam tribum unam quæ ſeorſim à negotiis regni curaret negotia Jehovæ, quicunque vocabantur כהנים in populo aliquo, de illis nihil vetat ex Melchiſedeki exemplo ſentire, quod fuerint & Duces ſeu Reges & Sacerdotes, Hebr. 7. v. 1. 2. 3. adeo ut non neceſſe ſit catachreſin illam ſomniare quam ſequentia tempora flagitant, ſi quis ex alia quam Levitica tribu dicatur כהן Cohen.

Melchiſedek non ſacrificavit per Sacerdotem alium.

Audax facinus eſt quod Franzius aſſerit de ipſo Melchiſedeko & Rege & Sacerdote, tamen nõ ſacrificare auſum fuiſſe unquam pecora ſacrificialia, ipſemet ut ea diſcidiſſet manibus ſuis. Quam hoc

velint & magno mercentur Pontificii nugantes de Sacrificio Melchiſedeki incruento? Aniles nugæ! Univerſalis eſt illa Pontificis definitio Apoſtolica: Omnis Pontifex ex hominibus aſſumitur & pro hominibus conſtituitur in iis quæ apud Deum agenda ſunt, ut offerat donaria & victimas pro peccatis, Hebr. 5. v. 1. qui ergo negare auſus eſt Melchiſedekum victimas obtuliſſe, is eadem opera negat Sacerdotem fuiſſe Dei altiſſimi. Quin dato, non conceſſo, aliquos Sacerdotes fuiſſe qui ſuis manibus nullas offerrent victimas, ſed ad illos adducerent Sacerdotes penes quos jus eſſet per ſe ſacrificandi, perimitur faſtigium illud honoris, quod Sacerdotio Melchiſedeki aſſerit Apoſtolus, per iſtam depreciationem Melchiſedeki, ſub Sacerdote illo, qui pro ipſo victimas ſacrificet, qui Franzii opinione fuit Semus tunc ſuperſtes. Tolerabilior hic opinio illa Judaïca (quā, ut amplectuntur nonnulli viri docti, mirum eſt non amplexum Franzium, qua illam Melchiſedeki depreciationem evitaſſet,) videlicet Melchiſedekum non fuiſſe alium ab ipſo Semo.

Iobus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

Jobus per ſe immediatè ſacrificavit.

De Jobo ita ſentiendi πρόφασιν arripit Franzius ex textu ſacro, Job.1. verſ.5. Mittebat & ſanctificabat eos, ſurgebatque ſummo mane & offerebat holocauſta, &c. Miſit igitur, inquit, & manicavit ſeu properavit ut fieret oblatio, nimirum in loco competente per perſonas hujus rei ordinarias. Atqui contra Franzium manifeſte facit, quod Deus amicos Jobi cum oblationibus holocauſtorum mittat ad Jobum qui pro ipſis orans expiationem faciat, Job.42.verſ.8. Miſſio ergo illa Jobi ad ſanctificandum filios non fuit ad Sacerdotem alium à Jobo; ſed fuit ablegatio miniſtrorum Jobi ad armenta & greges, unde ad Jobum adducerent pecora Sacrificialia.

Edomæi ſerius rejecti quam Gentes aliæ.

Quicquid autem ſit de Jobi genealogia, Edomæos Deus ne tum quidẽ Iſraëlitis abominationi eſſe voluit cum rejecit Ammonitas & Moabitas. Ne venito Ammonita aut Moabita in congregatione Jehovæ, &c. Ne abominare Edom eum; nam frater tuus eſt; Deu.23.v.3.7.

Utriſque autem & filiis Eſaui & filiis Lothi, ante Exodum ex Ægypto ab aliquot ſæculis retro Deus teſtatur ſe dediſſe in hæreditatem terram quam habitabant, perditis à facie eorum veteribus colonis, quemadmodum perditis Cananæis daturus erat terram ipſorum Iſraëlitis in hæreditatem; quapropter etiam cavit ut utrorumque hæreditatem intactam relinquerent, neque cum illis bellum miſcerent. Deut. 2. v. 1. 22. Quandoquidem autem hæreditas illa utriſque obtigerat tanquam populis Deo confœderatis ex cognatione & poſteritate Abrahami, non cenſemus illos gaviſos eſſe ſola illa terrena benedictione, neque ceſſaſſe vocationem Eccleſiæ ex illis electæ ad vitam æternam, neque Sacrificiorum λατρέιαν Deo acceptam; donec Iſraëlitis ex ſervitute Ægyptiaca liberatis facti ſunt inimici, ſerius ocius in his & illis emortua Eccleſia & reliquiis cooptatis in Rempublic. Iſraëlis, cæterorum iniquitatis menſura impleta; circa quatuor ſæculorum periodum illam, quam præfiniverat Deus Abrahamo, promittens Semen in quo omnes Gentes benedicerentur, loco ante laudato, Geneſ. 15. v. 15. 16.

Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

Non alii ex Gentibus vocati, quam Proſelyti facti.

Atque idem cenſemus ſerius ocius eveniſſe Gentibus aliis remotioribus Japheti poſteris, ex quibus Gentibus cunctis ut huic contra Franzium diſputationi finem imponamus, poſt rejectionem illarum & excommunicationem illam ab Eccleſia (quam multis Scripturæ teſtimoniis munivimus) concludimus, non fuiſſe ſequentibus ſæculis vocatos populos nec omnes, nec plures, nec pauciores, nedũ ſingula in populis individua, quod ille dictat, non docet argumentis ſolidis; ſed hoc tantum largimur, quod illi vis veritatis expreſſit. Diſput. 9. Theſ. 89. Subinde alicubi aliquos apud Ethnicos invitatos fuiſſe ad veri Dei & Meſſiæ notitiam, utut non tam multos, in illis multiplicibus confuſionibus, quando plurimi populi fuerunt ſine Chriſti notitia imo ſine vero Deo. Addimus autem, illos ſubinde alicubi aliquos proſelytos utut non tam multos, debuiſſe in populum Iſraëlis per circumciſionem cooptari, ac cum illo ſacris iiſdem participare, juxta Moſaïcam νομοθεσίαν, Exod. 12. v. 48. 49. Dicuntur illi proſelyti, Matth. 23. v. 15.

Neque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

Neque ab illis alii incircumciſi intelligi debent fuiſſe Peregrini illi peregrinantes in medio Iſraëlis, & offerentes holocauſta ac ſacrificia, Num. 15. v. 14. 15. 16. quidquid contendat Franzius, Diſput. 9. Theſ. 26. 32. Cum ipſe vel invitus fateatur Vocem Hebræam de modica aut etiam de perpetua cohabitatione inter Iſraëlitas intra terram Canaan exponi poſſe.

Enimvero non neceſſe eſt noſtra ſententia ut qui Proſelytus dicatur, ac ſit per circumciſionem cooptatus in Rempublicam Iſraëlis, perpetua cohabitatione inter Iſraëlitas maneat intra terram Canaan: Credimus potuiſſe proſelytos eſſe etiam in longinquis regionibus quin apud Antipodas, non minus quam civitate Romana donari poterant etiam qui extra Italiam habitabant, & γνήσιοι Judæi manebant Eccleſia, etiam ἐν τῇ διασπορᾷ habitantes inter Parthos & Medos & Elamitas, quin in Ponto & Aſia Phrygia Pamphilia Ægypto, &c. ut liquet Act. 2. v. 9. &c. ubi ex illis Gentibus dicuntur adfuiſſe Judæi & Proſelyti. Parum itaque refert, ſive de modica ſive de perpetua cohabitatione, ſive de peregrinatione

ne vocem Hebæam interpretemur: non hoc eſt τὸ κεϱνόμϑμον, ſed an fuerint incircumciſi illi quibus ibi legem de Sacrificiis Deus ſanxit, quod Franzio probandum erat, an vero quod nos affirmamus, circumciſi proſelyti: pro nobis facit præter locum indicatum, Exod.12. v.48. 49. illa etiam Dei expoſtulatio, & ſevera interminatio de non introducendis in ſanctuarium iis qui incircumciſi eſſent carne, Ezech. 44. omniaque illa teſtimonia quibus Gentium rejectionem aſſeruimus.

Vocatio ad ſalutem olim nulla abſque vocatione ad veram Dei & Meſſiæ notitiam.

Habet autem illa Franzii ἀλλόκοτος ſententia de Vocatione ad veram veri Dei & Meſſiæ notitiam cunctorum populorum, cunctorum ſæculorum, hoc ſani ſaltem quod Vocationem ad ſalutem non ſtatuat fuiſſe abſque vocatione ad veram veri Dei & Meſſiæ notitiam, ut quotquot ſalvati ſunt, ſalutem adepti ſint ἐξ ἀκοῆς πίστεως per fidem ex auditu Propheticarum Traditionum, quibus didicerunt promiſſionem ſaltem illam de Semine mulieris contrituro caput Serpentis, explicatam & applicatam ad Chri-

ſtum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

ſtum venturum. In quo laudandus eſt præ aliis multis etiam alias Orthodoxis, qui per quãdam oſcitantiam ante Chriſtum Veteres cenſent ad Chriſtum adductos quadam implicita Fide, & Fœdere quodam Legali, maxime ante Moſem; quo ipſis datus ſit Spiritus ſervitutis, ut quorum mentes Deus etiam ſingulari luce perfunderet ſupra naturam: nihil viderint ultra, quam quantum Deo deberent, & quantum non ſolviſſent & quam gravem pœnam eo nomine eſſent meriti; & cum pares non eſſent nec ſolvendo debito nec ferendæ pœnæ, ſe cogi ad Mediatorem reſpicere: adeoque tam ruditer ſub initia ſua fuiſſe inſtitutam Eccleſiam, ut plurimi ſola luce naturæ ducerentur; & antequam Lex eſſet lata per Moſem, diſcrimina Iuſtificationis per Legem aut per Fidem non eſſent nota: Quarum opinionum nervos incidimus in Problemate tertio: ac demonſtravimus inde à prima promiſſione Seminis contrituri caput ſerpentis, ſalvandos omnes ad Chriſtum adductos fuiſſe Fœdere illo quod habebat Sacrificiorum νομοθεσίαν, quæ non eſt juris naturæ, neque eſt mere Legalis, ſed habebat promiſſionis Euangelicæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

licæ Sacramentum: Adeoque ubicunque fuit olim in quocunque populo inſtituta Eccleſia, illic cum Prædicatione Prophetica verbi Dei qua vocarentur ſalvandi ad veram Dei & Meſſiæ veri notitiam, inſtitutam fuiſſe Sacrificiorum λατρείαν, ac Deo acceptam ex fide per auditum inſita à Spiritu adoptionis. Nam penes Eccleſiam Patriarcharum teſtatur Apoſtolus fuiſſe hæc cuncta, ὑοθεσίαν καὶ δόξαν, καὶ διαθήκας, καὶ νομοθεσίαν, καὶ λατρείαν, καὶ ἐπαγγελίας. Adoptionem Gloriam Fœdera Legiſlationem cultum Promiſſiones. Roman. 9. verſ. 4. Quæ quidem prædicat eo loco de Iſraëlitis nominatim, ἀναλόγως autem de omnium retro ſæculorum Eccleſia ſunt accipienda. antequam enim Gloriam haberent Iſraëlitæ per Legiſlationem Moſaïcam; jam dudum erat cum ipſorum Patribus διαθήκη προκεκυρωμένη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς Χριστὸν, Gal. 3. v. 17. Antiquiſſima autem Fœderis κύρωσις fuit in prima Sacrificiorum inſtitutione.

V. PROBLEMA.

Quando & quare antiquari debuerint Sacrificia.

Antiquatio Sacrificiorum non eſt idem quod ceſſatio.

SUpereſt ultimũ Problema, Quando & quare antiquari debuerint Sacrificia. Ad hujus Problematis tractationem præcognoſcẽdum eſt; Quid per Antiquationẽ intelligamus. Nec enim ad Antiquationem ſufficit aliqua Sacrificiorum modici vel diuturnioris temporis ceſſatio & intercifio τῆς λατρείας propter calamitatem aliquam publicam, puta ſervitutem, captivitatem, Templi everſionem, quando adſunt divinæ promiſſiones de Eccleſiæ & Religionis cum Sacrificiis ἀποκαταστάσει, quales comitabantur captivitatem Babylonicam, Jerem. 12. v. 15. c. 16. v. 15. cap. 24. v. 6. cap. 29. v. 10. 14. confer Deut. 4. v. 27. 29. c. 30. 3. Sed Antiquatio vera cenſetur eſſe poſſe, etiamſi id quod antiquatur non ceſſat actu; ſatis eſt ſi de jure ſit nullius neceſſarii uſus & licite negligi poſſit: quanquam evidentius ſit Antiquationis teſtimonium ſi per abolitionem etiam uſus tollatur è medio, ſine ſpe ἀποκαταστάσεως.

Sacrificia antiquata quando velum Templi ſciſſum in morte Chriſti: Abolita cum excidio urbis & Templi.

Atque ſic evidentiſſimum quidem nobis argumentum eſt λατρείας Sacrificiorum divinitus antiquatæ, ejuſdem deſolatio cum Templi & urbis Sanctæ excidio, jam ultra annos mille quingentos & ſexaginta plane deſperata: Attamen jam ante cenſemus illam antiquatam fuiſſe & de jure divino, & miraculoſa teſtificatione; eo temporis momento quo Chriſto moriente, Velum Tẽpli ſciſſum eſt medium in duas partes à ſummo uſque ad imum. Matth. 28. 51. Marc. 15. v. 38. Luc. 23. v. 45. Qua ſciſſione veli, profanatus eſt divino miraculo locus ſacer omnibus inacceſſus præter ſummum Sacerdotem, qui ſemel tantum ingrediebatur quotannis; quod factum non fuiſſet, ſi porro ϛάσιν habitura fuiſſet πρώτη σκηνὴ prior pars Tabernaculi, quæ erat Sanctuarium, in quo erat Altare Sacrificiorum: Atque hoc eſt quod cenſemus Apoſtolum velle docere Hebræos, cap. 9. v. 7. 8. juxta Analyſin & interpretationem quam ſupra dabamus: Et in illam ſententiam accipimus etiam ea quæ ſequuntur, hac tranſitione

verſ.

verſ. 9. Ἥτις παραβολὴ εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα, καθ' ὃν δῶρά τε καὶ θυσίαι προσφέρονται μὴ δυνάμεναι κατὰ συνείδησιν τελειῶσαι τὸν λατρεύοντα. quæ ſic interpretamur. Quæ erant Parabola ſeu exemplar in tempus jam præſens; quo Dona & Sacrificia offeruntur, quæ nequeunt ſecundum conſcientiam ſanctificare cultorem. Et mox verſ. 10. μέχρι καιροῦ διορθώσεως ἐπικείμενα, quæ incumbunt tantum uſque ad tempus correctionis. Melius vulgatus τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα vertit tẽpus inſtans, quam tempus illud præſens, vertit Beza, intelligens quod Veteribus præſens erat, non autem tunc cum illa ſcriberet Apoſtolus: Etiamſi enim videatur illam interpretationem flagitare quod ſequitur de Donorum & Sacrificiorũ oblatione in tempore de quo loquitur: ſalva tamen res eſt ſi animum advertas, illas Judæorum myriadas quæ fidem in Chriſtum profitebantur, ad quas ſcribit Apoſtolus tempore intermedio inter Chriſti reſurrectionem & everſionem Templi, non abſtinuiſſe à Sacrificiorum oblationibus; conniventibus etiam Apoſtolis, ſed hac lege ut ſcirent nihil illa in præſens facere ad conſcientiam, quæ peracto Chriſti vero Sacri-

Sacrificio non ultra adſtringebatur ad λατρείαν illam & δικαιώματα σαρκὸς: quæ jam cœperant eſſe exſanguia quodammodo mortuaque, adeoque propter infirmorum conſcientias tantum incumbebant ad tempus breve, donec ſat datum eſſet illarum inſtitutioni, brevi cum everſione Templi omnino moritura, & iis qui porro illa ſectarentur lethalia futura: Adeoque poſſumus tempus correctionis hic interpretari, oportunitatem rectæ informationis conſcientiarum, à qua inchoandum erat Miniſterium Novi Teſtamenti, quo oblationibus illis nuncius mittebatur: quia anima illarum, puta illa τῆς ἐλπίδος ἐπεισαγωγὴ per quam olim ſanctificarant in conſcientia τὸν λατρεύοντα, deſierat eſſe, propter præſentiam τῶν ἐλπιζομένων; ut, qui porro profiterentur ſe ſperare, fruſtra ſperarent, & in Chriſti Sacrificium injurii eſſent. ἐλπὶς βλεπομένη οὐκ ἔστιν ἐλπίς. Spes, poſtquam videtur id quod ſperatur, nulla eſt, Rom. 8.v.24. cum Hebr. 7.v.19.

Sacrificia non antiquata in Chriſti nativitate.

Ante illam Sacrificiorum in morte Chriſti antiquationem per velum Tem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

pli ſciſſum, in diebus carnis Chriſti στάσιν ſuam habuerunt cum ſanctuario Sacrificia & Oblationes juxta Legem Moſis, quam non veneratChriſtus καταλῦσαι ἀλλὰ πληρῶσαι, Matth. 5. v. 17. Quod ante annum ætatis Chriſti triceſimum confirmat hiſtoria Euangelica, Luc. 2. verſ. 22. 23. 24. ubi narrantur parentes Jeſu quando illum infantem adduxerunt Hieroſolymam expletis diebus purificationis Mariæ, ut ſiſterent eum Domino quippe primogenitum, in hunc finem adduxiſſe ut darent θυσίαν Sacrificium, ſecundum id quod dictum eſt in Lege Domini, par turturum aut duos pullos columbarum. Lex illa exſtat Levit. 12. v. 6. quæ unum turturem, aut columbam deſtinat in Sacrificium pro peccato, alterum in holocauſtum.

Sacrificia non antiquata per Chriſti prædicationem ante mortem ipſius.

Neque poſt triceſimum ætatis annum Prædicatione ſua Chriſtus antiquata ilico voluit Sacrificia; ſed intactam reliquit illorum religionem inſtitutam in Cenſura morum, Matth. 5. v. 23. 24. ubi docet quomodo moraliter ſe gerere debeant munera adducentes ad Altare. ſimiliter

Matth.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

Matth.23. v.28.29.30. ubi caſtigat jurantes per Altare.

Quin juſſit Sacrificium offerre à lepra purgatum, Matth. 8. v.4. Marc. 1. v. 44. Luc.5.verſ.14. cui dixit, oſtende te ipſum Sacerdoti, & offer donum illud quod imperavit Moſes. erat autem illud pro divite duo agni immaculati & agna una annicula cum oblatione farinacea & libamine; pro paupere unus agnus pro peccato, & duo turtures, aut duo pulli columbarum, alter pro peccato, alter in holocauſtum. Levit.14.

Praxin autem publicam ſacrificandi illo tempore teſtantur loca hæc. I. Matth. 12.verſ.5. Ubi Phariſæos revocat ad ſuam ipſorum conſcientiam in eo quod Sabbatis ſacrificantes facerent opera ejuſmodi ſervilia quibus ſi illa per ſe ſpectes vere Sabbatum profanabatur. II. evidentius paulo liquet Sacrificiorum praxis ex Luc. 13. verſ.1. ubi ad Chriſtum adfertur nuncius de Galilæis quorum ſanguinem Pilatus miſcuerat μετὰ τῶν θυσιῶν αὐτῶν, cum Sacrificiis ipſorum. III. Probat eandem praxin dierum Feſtorum religioſa obſervatio, quos ſupra indicavimus habuiſſe ultra juge quotidianū Sacrificium,

auctio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

auctiorum Sacrificiorum λατρείαν. quam approbavit Chriſtus frequentans illis ſolennitatibus Hieroſolymam, quod non poterat quin edens victimas particeps eſſet Altaris, 1 Cor. 10. v. 18. Atque hic eſt extra omnem controverſiam, Chriſtum ea nocte qua traditus eſt comediſſe una cum Apoſtolis θυσίαν Agni Paſchalis: de qua dicebat, Deſiderio deſideravi hoc Paſcha comedere vobiſcum antequam ego patiar. Luc. 22. v. 15.

Agnus Paſchalis fuit veri nominis Sacrificium, & ſimul Sacramentum.

Operæ precium erit hic per occaſionem hujus Paſchalis Cœnæ duo accuratius examinare. I. Fueritne Agnus Paſchalis veri nominis Sacrificium. II. Quomodo Chriſtus potuerit debueritve particeps eſſe Altaris & Leviticæ Sacrificiorum oblationis. De priori ſupra explicuimus quid ſentiamus: convenire ſcilicet Agno Paſchali & definitionem Sacrificii, & nomen θυσίας ſive זבח. Addimus ſimiliter à Joſepho quoque Agnos Paſchales vocari θυσίας, & θύματα à Rufino Joſephi interprete, Hoſtias. Belli Judaïci libro 6. capite 45. in Græca editione, in Latina lib. 7. cap. 17. Similiter à Philone Judæo in

in libro de Vita Moſis, & libro de Decalogo.

Enimvero contra diſputant nonnulli his argumentis. I. Quia ipſi non imponebātur peccata ſicut aliis victimis. II. Quia nec comburitur in atriis templi ſuper altare holocauſti ſicuti propriiſſime ſic dicta Sacrificia ſolēbant comburi. III. Mactabatur domi intra privatos parietes & aſſabatur igne in foco à miniſtris domeſticis. Franzius Diſp. 12. Theſ. 22. 27.

Reſpondemus ad primum argumentum per inficiationem. etiamſi enim ceremoniæ iſtius ſingularis quæ imperata erat in Feſto Expiationis non fit mentio, hinc tamen non magis conſequens eſt, Agno non fuiſſe peccata typice impoſita, quam conſequitur ne reliquis quidem victimis impoſita fuiſſe quæ non imperatæ fuerunt cū expreſſa ſanctione iſtius ritus. Ad ſecundum dicimus, ex illa hypotheſi non fore alia propriiſſime dicta Sacrificia præter holocauſta: quod poſſemus largiri hac Lege, ut ſint alia ſi non propriiſſime ſaltem proprie dicta Sacrificia, quæ in loco ſacro mactata fuere, & quorum ſanguis delatus fuit ad Altare, & Adeps igne ſacro abſumptus; quod de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

Agno Paſchali factum cenſemus propter Legem, Deut. 16. v. 5. 6. quæ jubet mactari Paſcha ad locum illum quem Jehova eligeret ad collocandum nomē ſuum ibi. Ex qua eadem Lege illud quoque negamus quod tertio loco objicitur, domi intra privatos parietes poſt Exodum mactare licuiſſe. Non poteris mactare Paſcha intra aliquam ex portis tuis.

Scimus Philonem Judæum locis jam laudatis aſſerere, Judæos in Feſto Paſchatis præter cōmunem Sacrificiorum morem non adduxiſſe θυσίαν ad Sacerdotem, ſed ſingulos manu ſua mactaſſe non exſpectatis Sacerdotibus: qua fide hoc aſſerat, relinquimus in medio: At quia certum eſt quod ſupra indicavimus, eodem die quo mactabatur Agnus Paſchalis imperatam fuiſſe mactationem Sacrificii jugis non tantum ſed etiam aliarum victimarum Paſchalium; Philo autem indefinite loquitur de θυσίαις; tam proclive eſt de omnibus quam de una Agni θυσίᾳ accipere, quam ille aſſerit αὐτουργίαν τῶν θυσιῶν. Quicquid ſit, ſi ſtandum eſt Philonis auctoritate, nihil per illam αὐτουργίαν deceſſit de θυσίᾳ Agni quo minus eſſet proprie dictum Sacrificium, ſed

eo

eo nomine quod verum cenſeretur Sacrificium, ſinguli qui ſuis manibus eo die mactabant θυσίαν cenſebant ſe extra ordinem Sacerdotio cohoneſtari, ἱερωσύνῃ τετιμῆσθαι. Quapropter nos quoque ſupra aſſeruimus primogenitos ſingularum familiarum ſubExodum ex Ægypto lectos Sacerdotes quando domatim Agnum Paſchalem mactabant: atque ſi cui lubet ſentire cũ Philone, per nos licet, hac lege ut illa unius diei anniverſaria ἱερωσύνη data fuerit non ſingulis in populo individuis, ſed primogenitis tantum ad veteris illius conſtitutionis & juris primogenitorum quod inLevitas migrarat recordationem.

Quod autem alii diſputant proprie Sacramentum fuiſſe, hoc de epulo & cœna quaAgnus comedebatur largimur, atque in ea agnoſcimus Sacramenti rationem emicuiſſe vel maxime. Attamen in effuſione ſanguinis agni, & delatione ad Altare atque adipis abſumptione in Altari, emicuit quoque ratio Sacrificii, Deo oblati & à Deo acceptati. Levit. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

Chriſtus non obtulit Sacrificia Levitica, ſed illis participavit propter connexum Sacramentum.

Supereſt ut dicamus, Quomodo Chriſtus potuerit debueritve particeps eſſe Altaris & Leviticæ Sacrificiorum oblationis. Quod ut intelligatur ſciendum eſt νομοθεσίαν Sacrificiorum, quatenus illa offeruntur ad peccatorum expiationem obtinendam, adeoque imperata ſunt ad peccatorum ἐξομολόγησιν, ac habent exercitium cenſuræ Eccleſiaſticæ prævium quæ iſta typica ſatisfactione tolli debet: non obligaſſe Chriſtum ut vel per ſe vel per alios Sacrificia offerret quæ Lege præſcripta erant: Quemadmodum neque circumciſus eſt Chriſtus ex illa Legis obligatione qua illo ſymbolo obſignari debebat præputii cordis ablatio in illis quorum carnis præputium auferebatur. Sed quæ in Circumciſione Chriſti obſignabatur ipſius cum Eccleſia unio & communio Spiritualis, tanquam capitis & Sponſoris, qui pro Eccleſia factus erat ſub Lege, Gal. 4. v. 4. 5. totam Legem impleturus; eadem cum illa unio Chriſti teſtata eſſe debuit participatione Sacramentorum quæ in Sacrificiorum λατρεία

inſtituta

inſtituta erant ad teſtandam Sanctorum communionem ſub Chriſto capite: cujus juſtitia juſti cenſebantur ex Fide offerentes. Atque ut Veteris ſic novi Teſtamenti Sacramentis Baptiſmo & ſacra Cœna ſimiliter participavit, ut Sacramẽtorum uſus Juſtitiæ Chriſti ſignum & ſigillum eſſet & ipſi & Eccleſiæ. Eccleſiæ, ex Dei miſericordi gratia ad peccatorum remiſſionem in ipſo & per ipſum obtinendam. Ipſi Chriſto, ex Fœdere Dei cum Chriſto, quo admiſſus eſt ut Sponſor & Mediator Dei & hominum, omnem Juſtitiam impleturus & vere ſatisfacturus pro peccatis Dei juſtitiæ: In quam ſententiam Sacramentaliter accipi debent verba Chriſti ad Johannem Baptiſtam: Sic nos decet implere omnem Juſtitiam, Matth.3. v.15.

Breviter ergo dicimus, Chriſtum quidem ſubjectum fuiſſe in diebus carnis Legi Cæremoniali, ejuſque rituum decretis illis, quæ non directe nec per ſe flagitabant confeſſionem peccati, ſed quæ obſervare πρέπον erat Sponſori Fœderis Θεανθρώπῳ, illibata illa gloria, qua illum credimus, etſi miſſum in ſimilitudine carnis peccati, fuiſſe Pontificem pium,

innocentem, impollutum, ſegregatum à peccatoribus. Hebr. 7. v. 26. Sed negamus Chriſto poſitam fuiſſe Legem illa ſui parte & in decretis illis, à quibus ſequeſtrari non poterat confeſſio peccati, & nota immunditiei ac pollutionis ſpiritualis: Alioquin quod minime eſt Θεοπρεπὲς cogemur admittere; vel Chriſtum ut Sacerdotem terrenum debuiſſe pro ſui καθαρισμοῦ offerre victimas; vel centies etiam patratis miraculis ſe exhibere Sacerdoti, & offerre ipſius miniſterio dona quæ præſcribit Lex, Num. 19. Quia judicio κατ' ὄψιν ſe polluit & inquinavit cæremonialiter quando tetigit leproſos non mundatos ſed mundandos, Matt. 8. v. 3. quando contrectavit feretrum quo mortuus ille efferebatur, Luc. 7. verſ. 14. quando manum prehendit puellæ quam excitaturus erat, Marc. 5. verſ. 41. quando adiit ſepulcrum Lazari mortui fœtorem jam exhalantis. Joh. 11. v. 38. Quam tamen pollutionem & inquinationem nemo ſanus tueri volet Chriſtum attigiſſe. Hic ergo de Sacrificiis Leviticis pro immundicia aut peccato non offerendis à Chriſto aut pro Chriſto accipimus τὸ ῥητὸν illorum verborum, Θυσίαν καὶ προσφορὰν

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

φορὰν οὐκ ἠθέλησας Sacrificium & oblationem noluiſti, &c. Pſalm. 40. verſ. 7. Hebr. 10. v. 5. 6. 7.8. Participare autem illis potuit & debuit propter connexa cum Sacrificiis Sacramenta, quibus ipſe etiam ea qua dictum eſt Analogia ſalva obſignari debuit, & accipere ſigillum juſtitiæ quam ipſe erat impleturus à Deo acceptandæ.

Sacrificiis jam de jure antiquatis, ante abolitionem, non valedixerunt ilico Iudæi Chriſtiani facti. Et iis etiam libere uſi ſunt Apoſtoli ad Iudæos lucrifaciendos.

Quandoquidem jam liquet non antiquatam nec antiquandam fuiſſe Sacrificiorum λατρείαν ante ſciſſum in morte Chriſti velum Templi: Illuſtrandum porro eſt quod dicere cœpimus de tempore intermedio inter Chriſti reſurrectionem & Templi everſionem. quod quodammodo exſanguis & mortua tunc fuerit ac de jure antiquata Religio Sacerdotii Aaronici, etiamſi non ilico illi valedicerent Judæi fidem in Chriſtum profeſſi; neque Apoſtoli ſimul & ſemel illam voluerint abolitam, quin reverenter illam haberent, adeoque ipſi fierent Judæis ut

Judæi, ut de ſe Paulus teſtatur. 1 Cor.9. v.20. Apparet hoc ex hiſtoria Actorum cap.21. ubi cum aliquot Judæorum myriades quæ in Chriſtum crediderant, ita infirmæ eſſent in Fide ut Circumciſionis abrogationem, & antiquationẽ rituum, exiſtimarent eſſe Apoſtaſiam à Moſe, à Jacobo & presbyteris Hieroſolymitanis admonitus Paulus conſilio illorum morem geſſit, & cum aliis viris quatuor voto obnoxiis ſe quoque obſtrinxit ad Legis obſervationem: ac diebus ſanctificationis expletis, curavit pro ſe & unoquoque illorum fieri oblationem: quæ oblatio ex Lege erat, Agnus anniculus integer unus in holocauſtum, agna annicula integra in peccatum, arieſque unus integer in Sacrificium Euchariſticum. Num. 6. v. 14. In ipſo autem illo conſilio expreſſa ſatis eſt antiquatio veteris juris, quatenus cavetur & decernitur nequid hujuſmodi obſervent proſelyti ex Gentibus credentes, v.25.

Verba Pauli, Act.23.v.5. explicata.

Cum autem non multo poſt tempore in conſeſſu & Synedrio Sacerdotum cauſam dicens Paulus ab Anania cædi juberetur,

beretur, videtur Paulus de jure Sacerdotii conteſtari, iſtis verbis, Οὐκ ᾔδειν, ἀδελφοὶ, ὅτι ἐστὶν Ἀρχιερεύς. Act. 23. v. 5. Non noveram, fratres, quod ſit Sacerdos: quemadmodum teſte Eraſmo verba iſta jam olim Beda eo retulit: Quod per Euangelium jam ceſſaſſet Sacerdotium Moſaïcum. Quamvis cenſeat Eraſmus argutam magis quam veram interpretationem. Placet interim quod Eraſmus agnoſcit ſecus quam Beza aliique, non eſſe hoc loco conſentaneum, Paulum ignoraſſe ſummum ſacerdotem, nec tamen illi male precatum hoc animo quo vulgus irritatum ſolet: ſed Apoſtolico Spiritu incanduiſſe adverſus eum, qui quum optimi viri teneret locum, ne ſpeciem quidem æquitatis præberet, quam præſtabant etiam Ethnici. Quod ergo præceſſit: futurum eſt ut percutiat te Deus, paries dealbate, &c. v. 3. non fuiſſe convicium ſed liberam objurgationem. Si ſecus ſentiamus, videtur omnino deſtrui ſolennis illa promiſſio Chriſti, Matth. 10. v. 19. Marc. 13. v. 11. Luc. 12. v. 11. quæ non patitur ut Apoſtolis conſtitutis in martyrio & Apologia publica cauſæ Chriſti coram Synagogis aut principibus acciderit ejuſmodi

gratiæ Spiritus S. ἔκλειψις, qua ipſis aliquid exciderit ſuper quo neceſſe habuerint apud hoſtes culpam agnoſcere aut veniam deprecari. Circum non interduim an ſummum Sacerdotem Paulus ignorarit nec ne, ſuper quo ſe fatigant interpretes. Quis enim cogit præciſe de ſummo ſacerdote intelligere vel illa verba? τὸν ἀρχιερέα τοῦ Θεοῦ λοιδορεῖς, vel illam legem, τὸν ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς. Certe omnes illi qui ex Sacerdotum ordine Synedrio intererant dicuntur fuiſſe ἀρχιερεῖς, Actor. 22. v. 30. eo nomine quod eſſent ἄρχοντες τοῦ λαοῦ. Ea propter quidquid Paulus reſpondit, id debuit dicere non de ſolo ſummo Sacerdote ſed de omnibus omnino Judicii aſſeſſoribus Sacerdotalis ordinis. Quare cenſemus, univerſalem eſſe Pauli reſponſionem per propoſitionem, non tertii adjecti, ut in ſcholis loquuntur, in qua ſubjectum ſit Ananias, prædicatum autem ἀρχιερεύς: ſed ſecundi adjecti, cujus ſubjectum eſt indefinite ἀρχιερεύς.

Scrupulus eximendus eſt, quod ſententiam quam urgemus videatur Paulus debuiſſe exprimere in præſenti, οὐκ οἶδα, non in præterito, οὐκ ᾔδειν. Atqui ſic omnino

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

omnino nulla ironia temperatus fuiſſet ſermo Pauli, quã omnes fere agnoſcunt, licet non uno modo explicent: Videtur autem nuſquam melius collocari ironia, quam in ſchemate temporis præteriti, ut loquatur quaſi de aliqua ad momentum ecſtaſi ſeu συνοχῇ τῆς καρδίας, in qua neminem noverat ἀρχιερέα: Quam ironiam docet ipſe Paulus, 2 Cor. 5. v. 13. 14. Εἴτε γὰρ ἐξέστημεν, Θεῷ. Nam ſive inſanimus, Deo inſanimus, &c. Ἡ γὰρ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς. Ecſtaſin & συνοχὴν ſibi tribuit, ſed non erubeſcendam, quippe divinam & ſanctam ex πάθει ſancto Charitatis Chriſti: Et ab illa Ecſtaſi & συνοχῇ mox derivat σύμπτωμα illud ſpirituale: quod poſt hunc neminem noviſſet κατὰ σάρκα, verſ. 16. Breviter ergo cenſemus optimum commentarium in verba illa, Non noveram quod ſit Sacerdos, ſuppeditari capite ad Hebræos 8. ubi docet Apoſtolus non ultra in terris ſed in cœlis quærendum τὸν ἀρχιερέα τοῦ Θεοῦ: Atque in hanc ſententiam à Paulo Ananiam exiſtimamus dictum parietem dealbatum, non ob ſolam cordis ſed etiam ob ſacerdotalis functionis hypocriſin & larvam veritate caſſam. Neque hic opus eſt contendere,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

dere, An privati Judæi credentes ipſiq; adeo Apoſtoli debuerint Sacerdotum Synedrio reverentiam aliquam, durante illa τῇ Θεοῦ ἀνοχῇ uſq; ad everſum Templum, nec ne. Sufficit non debuiſſe aliam reverentiam & honoris exhibitionem, quam quæ eſſet agnitio κατὰ στέργα, quę tanquam ultimum officium debebatur mortuæ Synagogæ ad honeſtam ſepulturam: cujus agnitionis κατὰ στέργα ſancti viri Dei in martyrio Chriſti abſque piaculo potuerunt, quin juſto zelo debuerunt obliviſci, quando uni Chriſto aſſerendum erat verum Sacerdotium.

Quamvis ergo temporibus illis apud Iudæos non ceſſarent offerri Sacrificia, & cum Judæis etiam Judaïce non vererentur ſe per occaſionem gerere Apoſtoli ut ipſos lucrifacerent; attamen & convictu cum Gentilibus ſeu Ethnicis credentibus libero, ac Gentium exemptione ab hujuſmodi obſervationibus, teſtantur palam ſe velle aſſertum jus antiquandæ Legis Cæremonialis, ac nolle in ſervitutem redigi obſervationis neceſſariæ: atq; hoc agere, ut omnia tandem rituum decreta eſſent εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει ſeu ipſo uſu perirent. Coloſ. 2. v. 22.

Scopus

Scopus & ſumma Epiſtolæ ad Hebræos, Sacrificia de jure antiquata eſſe brevi abolenda cum urbis excidio: Et debuiſſe antiquari.

Atque quemadmodum huic fini ad Galatas, ad Coloſſenſes aliaſque in Gentibus Eccleſias ſcriptæ fuerunt Epiſtolæ, ut ne viverent Judaïce, neque in ſervitutem illam ſe redigi paterentur: Sic ad Hebræos ſcripta Epiſtola eo collimabat ut Judæi illi ſeu Hebræi ζηλωταὶ τοῦ νόμου, qui in Chriſtum crediderant, nec tamen avelli poterant à Sacrificiorum religione, ſcirent Sacrificia tantum divina indulgentia tolerari, atque eſſe ἐγγὺς ἀφανισμοῦ, Heb. 8. v. 13. ſeu abolitioni vicina, quia præ foribus eſſet calamitas illa qua non haberent ὧδε μένουσαν πόλιν hic permanentem civitatem, Hebr. 13. verſ. 14. Exciſa videlicet urbe & Tēplo Hieroſolymitano; Quo Excidio ſuperveniente, ceſſarent Sacrificiorum oblationes Leviticæ omnes: & pro jugi Sacrificio eſſent aſſiduæ oblationes ſacrificii laudis quas per Chriſtum Deo offerrent, & Θυσίαι τῆς εὐποιΐας καὶ κοινωνίας. v. 15. 16. Ut hæc ipſis eſſet facilis jactura: totus eſt in demonſtranda Regalis Sacerdotii Chriſti gloria illa, ad quam nihil eſt Sacerdotium Aaronicum,

nicum,

nicum, propter ejus τὸ ἀσθενὲς καὶ ἀνωφελές. Atq; hoc ſatagit ut ne ἐν προσωποληψίαις veterum Prophetarum per quos Deus olim loquutus erat Patribus ſub veteri Sacrificiorum νομοθεσίᾳ, ne quidem Moſis, imo ne Angelorum quidem quorum miniſterio νομοθεσίαν Sacerdotii Aaronici acceperat Moſes ac tradiderat Iſraëlitis, haberent Fidẽ Domini noſtri Jeſu Chriſti τῆς δόξης. Quem ſi vere credidiſſent eſſe Filium Dei promiſſum Patribus Meſſiam ſeu Chriſtum, debebant agnoſcere majorem omnibus, quamvis in forma ſervi & in ſimilitudine carnis peccati manifeſtatus, mortem crucis perpeſſus eſſet, atque ſic ad breve tempus Angelis minor factus, Hebr. 2. v. 7. Veteris itaque illius œconomiæ Fœderis quæ dedicata erat victimarum Sacrificiis mediante & Angelorum & Hominum vario miniſterio, docet habuiſſe infirmitates varias propter quas nunquam ante adventum Meſſiæ plene corroborari potuerit Fœdus, adeoque illa gloria ipſi reſervaretur juxta Prophetiam Danielis. cap. 9. verſ. 27. quæ infirmitates revocari poſſunt, & ab Apoſtolo ſi animum advertas revocantur ad duo capita. I. Unum eſt Perſonæ Media-

Mediatoris dignitas. II. Alterum Mediationis modus. De ſingulis breviter indicabimus ſcopum Apoſtoli, & illuſtrabimus ex aliis Scripturis.

Ad Sacrificiorum νομοθεσίαν interceſſerunt Perſonæ quæ Satisfactionem pro peccatis præſtare non poterant, I. propter dignitatis defectum.

I. Perſonæ Mediatoris dignitas & Axioma requirebatur ejuſmodi, ut convenire ipſi poſſet Dominium ſpirituale in Fœderatos, quod titulo Redemptionis acquirẽdum erat. Quod non poterat convenire, vel in unum conflatis Angelis, Moſe, Aarone & omnibus in univerſum Sacerdotibus. Omnes quippe σύνδουλοι noſtri Angeli, ut miniſtratorii Spiritus, Hebr. 1. verſ. 14. Apoc. 19. verſ. 10. c. 22. v. 9. adorantes Filium Dei, verſ. 6. Moſes domui quidem Dei univerſæ præfectus cum fiducia πιστὸς נאמן ſed ut famulus θεράπων, minor Filio οἰκοδεσπότῃ, Heb. 3. v. 5. Aaron & filii ipſius Sacerdotes multo minus, ut Moſe inferiores: Aaroni enim Moſes (licet Aarone ætate minor, Exod. 7. v. 7.) in Deum conſtitutus eſt. Exod. 4. v. 18. & à Moſe Aaron & filii ejus uncti & Sacerdotio ordinario inaugurati.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

gurati. Exod. 40. Hebr. 5. v. 4. Sacerdotes autem omnes ex hominibus aſſumpti quamvis ſupra homines divina dignatione conſtituti, ſunt non tantum inferiores Axiomate Dominii Spiritualis, ſed vel ipſi operi miniſterii, nedum veræ mediationi inter Deum & homines minime pares, quin indigni. Impares, quia homines ψιλοὶ, Heb. 5. v. 1. Indigni, I. quia infirmi peccatores, Hebr. 5. v. 3. c. 7. v. 27. 28. cujus infirmitatis ſpecimina in ipſius Moſis murmuratione contra Deum, Nu. 11. v. 11. 16. c. 27. v. 14. quæ à Spiritu S. etiam notatur, Pſal. 106. v. 33. & in Aaronis lapſu in idololatriam, Exod. 32. v. 21. II. Quia mortales, Hebr. 7. verſ. 8. 23. adeoque Deo ὑπόδικοι & natura filii iræ ſicut & cæteri, quod de ipſo Moſe & Aarone Deus teſtatum voluit morte ipſos prohibens ab ingreſſu terræ promiſſæ, Numer. 27. v. 12. 13. 14.

II. *Propter victimas ad veram expiationem minime idoneas.*

II. Mediationis modus laborabat illa infirmitate, quod nihil ultra eſſent vel ipſi Angeli quam Fœderis internuncii εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενοι, Hebr. 1. v. 7. 14. Sacerdotes autem ex hominibus aſſumpti tam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

pti tam extraordinarii quam ordinarii: erant quidem typici Sponſores Fœderis, ut ſupra dicebamus: Sed propter infir- mitates ipſorum jam notatas, contrahe- bat ſuas quoque infirmitates Sacerdotii illorum νομοθεσία, ut per illam non poſſet eſſe τελείωσις ſeu conſummatio recon- ciliationis cum Deo, adeoque ipſi conſti- tuerentur tantum quaſi per proviſionem in ſpem meliorem ſine jurejurando, He- bræor. 7. v. 11. 19. 21. & ordinabantur δι- καιώματα τῆς λατρείας ipſorum tantum μέ- χρι καιροῦ διορθώσεως, Heb. 9. v. 10. Neque aliter fieri poterat, quia ad corrobora- tionem ſolidam Fœderis quæ pareret he- redibus promiſſionis ἰσχυρὰν παράκλησιν validam conſolationem & Spem animæ anchoram ἀσφαλῆ τε καὶ βεβαίαν tutam ac firmam, requirebatur Sacerdos qui in æternum manens habere poſſet Sacer- dotium ἀπαράβατον: neque morte pro- hiberetur permanere, Hebr. 6. v. 17. 19. 20. c. 7. v. 23. 24.

Typicæ autem Sponſionis hoc fuit τὸ ἀδύνατον ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, ſive hæc impotentia qua laborabat propter car- nem ſeu per carnem peccatricem: quod flagitante Dei juſtitia ad Fœderis τελείω-

σιν

ζιν conſummationem, ut Sacerdos ſe ipſum Deo offerret inculpatum, ac per ſe ipſum faceret peccatorum καθαρισμὸν, Heb. 9. v. 14. c. 1. v. 3. Sacerdotes illi Sponſores typici, non eſſent inculpati ſeu impolluti, ſed ipſis oblationibus Sacrificiorum ſua confitebantur peccata, etiam ipſe ſummus Sacerdos, Hebr. 9. verſ. 7. Quapropter cum ſe ipſi Deo offerre non poſſent inculpatos, victimas ejuſmodi offerebant hircorum, vitulorum, ovium ac boum, quorum ſanguine anima humana redimi non poterat neque expiari à peccatis: extra rationem Sacramentalem à nobis expoſitã Problemate tertio.

Νόμου μετάθεσις prænunciata. I. per promiſsionem alterius Sacerdotii.

Harum infirmitatum correctionem prænunciatam docet Apoſtolus, I. per promiſſionem Patribus factam de Meſſia futuro Sacerdote ſecundum ordinem Melchiſedek, non ſecundum ordinem Aaronis, μετὰ ὁρκωμοσίας cum jurejurando, Hebr. 7. v. 11. 21. ex Pſal. 110. v. 4 Juravit Dominus, & non pœnitebit eum; Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedek. Ex quo loco evincit, cum Sacerdotii mutatione neceſſario

fieri

fieri debuiſſe νόμου μετάθεσιν & tribus Leviticæ exauthorationē, propter exortum Sacerdotem ex tribu Juda Chriſtum: ex qua tribu nullus olim fuit, neque à Moſe prænunciatus eſt futurus Sacerdos ante Chriſtum.

II. *Per promiſſionem Novi melioris Fœderis.*

II. Per promiſſionem κρείττονος διαθήκης Fœderis melioris & καινῆς novi. Hebr. 8. v. 6. 7. 8. &c. cum cap. 7. v. 22 & cap. 9. v. 15. id eſt melioris illius & novæ œconomiæ Fœderis Gratiæ, in qua melior & excellentior eſſet Sacerdos & potior victima, & verior peccatorum expiatio, quæ characteriſtice dici meretur œconomia Teſtamentaria.

Non opus eſt circa Fœderis œconomiam hanc Teſtamentariam de uſu vocis διαθήκης in Græca lingua digladiari ad locum Hebr. 9. v. 16. 17. Eſto ſignificet vox illa per ſe nihil aliud quam pactum ſeu diſpoſitionem, quis coget verbum verbo reddere ubi manifeſtum eſt ex ſubjecta materia intelligi pactum quo legatur hæreditas & diſpoſitio voluntatis hæreditatem decernentis: antecedit enim immediate verſ. 15. mentio pro-

miſſæ

miſſæ & adeundæ æternæ hæreditatis: quare frivolum eſt hinc arripere anſam dubitandi de Paulo, ſitne Epiſtolæ auctor.

Nova Fœderis œconomia Teſtamentaria.

Non ex voce ſed ex reali definitione merito obtinet Teſtamēti nomen ἡ διαθήκη ὑπὸ Θεοῦ κεκυρωμένη εἰς Χριστὸν: & κατ' ἐξοχὴν nova illius διαθήκης œconomia quæ illam Teſtamenti ratificationem habet per Mortem Teſtatoris. Quo Teſtatoris titulo Chriſtum mediatorē & Sponſorem præfert Apoſtolus omnibus ψιλοῖς hominibus Dei hæredibus & filiis, quippe qui ſolus nobis διατίθεται quæ Deus ipſi διέθετο. Luc. 22. v. 29. adeoque non eſt tantum Fœderis ἔγγυος & Mediator, ſed ipſe auctor διαθέμενος: qui vadimonio pro hominibus obito, quod factus Sacerdos implevit, nihil ſibi fœnerari potuit, quippe proprius Dei filius & hæres omnium ἴσα Θεῷ, par & æqualis Deo Patri. Phil. 2. v. 4. 5. &c. Heb. 1. 2. omnium & Angelorum & Hominū Deus ac Dominus creationis & conſervationis jure: ut multis aſſerit Apoſtolus Heb. 1. v. 11. Quod axioma majeſtatis divinæ illibatum fuit eritque in æternum, etiamſi ſe ſtiterit in carne mortali, atque in diebus carnis ſecundum

dum aſſumptam humanam naturam factus ſit minor Angelis, atque exinanitus uſque ad mortem. quia in mortem ſe obtulit victimam, per Spiritum æternum Deitatis, Heb. 9. v. 14. Fuitque illa Gratiæ ipſius profunditas, qua juxta promiſſiones patribus factas Fœdus corroborare debuit ad juſtitiæ æternæ adductionem, Dan. 9. v. 24. 27. & quidem morte ſua. Eſai. 53. in qua funderetur ſanguis Fœderis, Zach. 9. verſ. 11. Hebr. 10. verſ. 29. quem proprium Dei ſanguinem propter divinæ & humanæ naturæ in perſona Mediatoris unionem hypoſtaticam, vocat Apoſtolus, quippe quo magnus Deus & Servator redemit Eccleſiam, & peccatorum purgationem fecit per ſeipſum. Act. 20. v. 28. Tit. 2. v. 13, 14. Hebr. 1. v. 3.

Poſt ſemel factam veram expiationem, ceſſat omnis oblatio pro peccato & typica & vera propter jugem veri Sacerdotis comparitionem in vero ſanctuario.

Atque ſic per victimam inculpatam vere expiata ſunt peccata, quia ipſe Filius θεάνθρωπος à Spiritu S. unctus Sacerdos ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, idem victima eſt

per

per quam facta eſt expiatio. Poſt vere autem expiata ſemel peccata, non opus eſt ulla amplius oblatione, nec typica pecudum, Heb. 10. v. 17. 18. quia ubi adeſt verum corpus, ceſſant umbræ. verſ. 1. 2. & ubi adeſt verum Altare, fraudant eo ſeipſos qui τῇ σκηνῇ λατρεύουσι. Heb. 13. v. 10. Neque ſemel peracto Sacrificio vero expiatorio Chriſti, iteranda oblatio vera corporis Chriſti, in quo peccata ſemel portavit & abſtulit, Hebr. 9. v. 25. 26. 27. Habetur enim jam τελείωσις ſeu conſummatio illarum rerum quæ apud Deum agendæ ſunt ad quotidianam peccatorum ἀθέτησιν atque ἄφεσιν, per comparitionem jugem Sacerdotis veri cum proprio ſanguine in vero cœleſti ſacrario, ac vivam pro nobis interpellationem. Roman. 8. v. 34. Hebr. 7. v. 25. 28. c. 8. v. 1. 2. 12. cap. 9. v. 11. 12. 23. 26. cap. 10. v. 12. 20. 1 Joh. 1. v. 9. c. 2. v. 1.

Hac inſtitutione præmiſſa, vocantur Hebræi inde à capitis 10. verſu 9. uſque ad finem Epiſtolæ ad meditationem vitæ æternæ & Hieroſolymæ cœleſtis, quandoquidem brevi eſſet valedicendum terreſtri Hieroſolymæ, atq; cum illa Templo & Sacerdotio Levitico ac Leviticis

Sacri-

Sacrificiis ; ac inſtruuntur iiſdem conſolationibus quibus olim conſolatus erat Deus Eccleſiam, præſertim in Eccleſia illos quibus in captivitate Babylonica moriendum erat ante viſibilem rerum ἀποκατάστασιν. Juſtus ex Fide vivet, &c. Habac. 2. v. 4. quod oraculum baſis eſt ſequentium conſolationum & hortationis ad ſuperandas per Fidem afflictiones & calamitates ſuperventuras populo Judaïco, quatenus per illas etiam caſtigandi erant credentes, pereuntibus impiis & infidelibus, quorum rejectio illa jam matura erat, de qua alibi agit Apoſtolus Rom. 11. & punitis Apoſtatis ſemel ex Judæis Chriſti nomen profeſſis, de quorum horrendo judicio quod præ foribus erat ſermo eſt Heb. 6. verſ. 4. 8. cap. 10. v. 26. 31.

Auctor Epiſtolæ ad Hebræos Paulus.

Oportunum erit hic monere, de Auctore Epiſtolæ ad Hebræos ſic nobis videri, flagitare Apoſtoli Pauli Acta cum Judæis, ipſum Epiſtolæ auctorem, propter argumenti identitatem. Cum enim per prædicationem Apoſtolicam initio facto à Chiliadibus illis, Actor. 2. verſ. 41. cap. 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

cap.4. v. 4. qua Hebræorum qua Helleniſtarum credentium numerus auctus eſſet, Actor. 6. v.1. ut Fidem in Chriſtum tandem profeſſæ eſſent aliquot Judæorum Myriades, Actor. 21. v. 20. ipſorum autem pars maxima zelotæ Legis in Circumciſionis obſervatione, in Frequentatione templi ad ſacrificandum, Aſcenſione in urbem Hieroſolymam diebus Feſtis, nominatim Pentecoſtes, pergerent vivere ἰουδαϊκῶς: Adeo ut ob ipſorum infirmitatem vel ipſis Apoſtolis difficile eſſet ὀρθοποδῆσαι πρὸς τὴν ἀλήθειαν, quando Judæis fiebant Judæi, ut illos porro lucrifacerent Chriſto cum illis viventes ἰουδαϊκῶς: qua occaſione cum Petro Apoſtolo alii Judæi etiam Barnabas in ſimulationem abrepti fuerunt: Gal.2. v. 11. 14. Paulus autem qui ſimulationi illi reſtiterat, libertate nihilominus illa uſus ſit ut Timotheum circumcideret, Act.16. v.3. ut Voto ipſe ſe obſtringeret ac conſequenter Sacrificiorum oblationi, Act.18. v.18. quando hoc ædificationi erat oportunum, ut illis qui ſub Lege vivebant zelo Dei, fieret ὑπὸ νόμον: 1 Cor. 9. v. 20. non tamen (quod Petrus commiſerat) metu Judæorum ſe à Gentibus ſeparans,

ac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

ac ſuo exemplo cogens Gentes Judaïzare: & ſi qui libertatem ejus explorarent, qua Judaïce vivens utebatur, iis ne ad momentum quidem cedens per ſubjectionem, quemadmodum propter ejuſmodi ψευδαδέλφους ἐπεισάκτους Titum circumcidere noluit: Gal. 2. v. 5. Cum inquam explorata hic eſſet Pauli prudentia cum ſapientia conjuncta; & zelus quo propter Hebræorum myriadas ipſe Hebræus ex Hebræis, Phil. 3. v. 5. feſtinaverat ut die Pentecoſtes eſſet Hieroſolymis, Actor. 20. v. 16. & perpeſſionibus à Propheta Agabo prænunciatis in itinere ſe devoverat; Actor. 21. v. 10. 14. adhibitus fuit ipſe de Jacobi & aliorum Preſbyterorum conſilio ad Apologiam pro Religione Chriſtiana apud Hebræorum credentium myriadas de Apoſtaſia à Moſe. in quam ut ſe inſinuaret, juſſus fuit ad tempus fieri ὑπὸ νόμον iterum ſuſcepto voto & facta oblatione: eodem cap. 21. v. 20. 26. Hanc Apologiam pro Chriſtiana religione adverſus criminationem illam de Apoſtaſia à Moſe quam ipſe dicebatur docere omnes Iudæos inter Gentes, cenſemus illa Epiſtola complexum Apoſtolum: atque Hebræos inſtituiſſe

quis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

quis Religionis Moſaïcæ & Judaïcæ veræ nucleus eſſet, ſcilicet Fides in Chriſtum, à qua ſi relaberentur ſemel pœnitentiam profeſſi, qui ipſum cœco zelo Legis in crucem egerant, adeoque iterum crucifigerent, hæc vere ἀναπολόγητος eſſet ἀποστασία pro qua nulla reliqua eſſet hoſtia, longe gravior quam illa quæ olim abſque miſericordia morte vindicabatur Legis Moſaïcæ ἀθέτησις. Hebr. 10. &. 6. locis modo laudatis. Ut ſit in hac Epiſtola eadem litis conteſtatio de veris Judæis circa Sacrificiorum λατρείαν, quæ circa circumciſionem eſt, Rom. 2. v. 28. 29. & univerſim circa Judaïſmum in Epiſtola Chriſti ad Philadelphenſes, Apoc. 3. v. 9. Non eſt autem alienum ſi Paulus pro ſapientia ipſi data quam prædicat Petrus, 2 Pet. 3. v. 15. ad Judaïcum παιδείας τρόπον & Judaïcas aures ſtilum attemperarit, qui magis paradoxa συγκαταβάσει ſe ipſis inſinuaverat, ut Judæus factus. Quapropter haud gravatim pedibus imus in ſententiam Jacobi Capelli, qui ex Petri teſtimonio Epiſtolam ad Hebræos Paulo aſſerit: Quia loco jam dicto Petrus ſcribens ſecundam Epiſtolam iiſdem quibus & primam, nempe Judæis diſperſis, hoc eſt,

eſt, ubique degentibus, quorum cura prę Gentibus ipſi demandata erat, Galat. 2. v. 7. ſic ſcribit; Sicut & dilectus frater noſter Paulus pro data ſibi ſapientia ſcripſit Vobis, ὡς καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἐπιστολαῖς, quemadmodum & in omnibus epiſtolis, loquens in iis de iſtis. Hic perſpicue diſtinguit Petrus à reliquis Pauli epiſtolis illam quam iiſdem ſcripſerat Paulus quibus & Petrus ſcribebat, puta Hebræis diſperſis, quibuſcum egerat Hieroſolymis Paulus in Feſto Pentecoſtes, ut jam vidimus.

Mutata Fœderis œconomia per Sacrificiorum antiquationem, & abrogationem Legis cæremonialis, non antiquata eſt vera vetus Religio Iudaïca.

Enimvero quandoquidem Apologiæ Apoſtolicæ pro Euangelio & Religione Chriſtiana hæc ſumma erat, Apoſtolos non docere Apoſtaſiam à Moſe, quamvis docerent poſt ſemel oblatum Sacrificium verum corporis Chriſti in cruce, Chriſtum Sacerdotii munere porro in cœlis fungi; neque præter illum Sacerdote alio aut oblatione alia pro peccatis amplius opus eſſe: & nullum amplius Sacramenti uſum in Sanctificationis ſpiri-

tualis negotio habere veteris λατρείας δικαιώματα; adeoque de jure antiquata eſſe & jam ἐγγὺς ἀφανισμοῦ, brevi abolenda: Hinc conſequens eſt, in Sacrificiorum antiquatione, non factam eſſe mutationem accurate loquendo Fœderis Dei ſpiritualis cum Eccleſia, & Fidei ſalvificæ, quæ Religionis nucleus eſt: ſed mutatam tantum fuiſſe Fœderis externam & viſibilem œconomiam quæ religionis cortex eſt. Fidei enim ſalvificæ in veteri vera Religione Judaïca objectum & fundamentum fuit idem Chriſtus, cui per Fidem ſuperædificatur Eccleſia Chriſtiana: Ille ſiquidem heri & hodie idem eſt & in ſæcula. Hebr. 13. v. 8. Neque fundamentum aliud poſuerunt aut ponere potuerunt Apoſtoli, quam quod à Prophetis poſitum erat, quod eſt Jeſus Chriſtus, 1 Cor. 3. verſ. 11. Eapropter Chriſtus dicit Apoſtolos meſſuiſſe in quo non laboraverant, & in aliorum laborem introiiſſe. Joh. 4. v. 36. 37. 38. Quippe annunciabant ſpem promiſſionis factæ patribus à Deo impletam: Ad quam τὸ δωδεκάφυλον nocte & die perpetuo Deo ſervientes ſperaverant ſe perventuros: Nihil dicentes extra ea quæ Prophetæ & Moſes

futura

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

futura prædixerant. Actor.26. verſ.6.7. 22.23. Atque ſic Eccleſia Catholica complectens & Judæos & Gentes ſuperſtructa eſt ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, cujus imus angularis lapis eſt ipſe Jeſus Chriſtus, Epheſ.2. v.20. Subjectum prædicationis Apoſtolicæ erat Jeſus crucifixus: de quo oſtendebant & demonſtrabant per Scripturas, illum eſſe Meſſiam ſeu Chriſtum Patribus promiſſum Fœderis Sponſorem & Mediatorem, atque Angelum, Actor.18. verſ.28.

Nominis Chriſtiani ὀνοματοποιΐα tantum nova ex veteri Etymo.

Non abs re erit hic notare indoctum & ἀλλόκοτον axioma Theologiæ Socinianæ, quod etiam adoptat Poppius Homiliarum ſcriptor ex Remonſtrantibus: Chriſtianum nomen eſſe novæ Religionis characterem, quo à Veteri Judaïca vera diſtinguatur; ut intelligatur Judaïcæ Legiſlator & fundator Moſes: Chriſtianæ Chriſtus. Non diffitemur per novam ὀνοματοποιΐαν Diſcipulos Apoſtolorum dictos Chriſtianos Antiochiæ, Act. 11. v.26. Sed tantum abeſt ut novitatem Fidei aut Religionis eo nomine ſignifi-

carint, ut contra voluerint conteſtari adverſus Judæos carnales antiquam Fidem & antiquam religionem, atque ipſorum facere Apoſtaſiam à Moſe, qui Jeſum non crederent eſſe Chriſtum à Moſe prænunciatum: & pertinaciter ſervarent veteris Religionis corticem jam nucleo caſſum: de qua litis conteſtatione modo dicebamus: Quotquot enim inde ab initio mundi crediderunt & ſperarunt adventum Meſſiæ, fuerunt revera משיחיים Χριστιανοί. quidni enim hoc nomen illis tribuamus, quos Apoſtolus dicit portaſſe τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ, Hebr. 10. verſ. 26. & quos ſupra demonſtravimus habuiſſe Fidem & Spem in Chriſtum venturum, qua crediderunt peccatorum remiſſionem propter ipſum Fœderis verum Sponſorem, qui redempturus eſſet Eccleſiam: in qua redemptione à peccatis, nucleus eſt libertatis Chriſtianæ: qua tã illi quam nos potiti ſunt animarum ſalute; liberi à ſervitute peccati, & tyrannide Diaboli, & à morte ſecunda, & à Legis operum Fœdere, ac multo magis à jugo traditionum humanarum.

Corollarium de Libertate Chriſtiana. Quæ I. *ſita eſt in libertatis ſpiritualis illuſtriori titulo.*

Poſt novam tamen Chriſtiani nominis ὀνοματοποιΐαν, Chriſtiana libertas conſignificat cum libertate illa communi omnibus qui per Fidem in Chriſtum Deo unquam confœderati fuerunt ab initio mundi, primo illuſtriorem libertatis ſpiritualis titulum illum, quo auctum eſt jus Filiorum Dei, poſtquam, quicquid olim ſperabatur futurum ad terminãdas quaſi inducias ut ſupra dicebamus plena pace, jam conſummatum eſt: ut jam non ſimpliciter de communi ſalute gloriemur in Domino, ſed etiam περὶ τηλικαύτης σωτηρίας, Hebr. 2. v. 3. Ecce nunc tempus acceptum, ecce nunc dies ſalutis. 2 Corinth. 6. v. 2.

II. *In novo libertatis ſpiritualis ſymbolo, emancipatione à Lege cæremoniali.*

Deinde conſignificat libertas Chriſtiana illud ſpiritualis libertatis ſymbolum, quod jam libera eſt λατρεία & Religionis œconomia exterior à pædagogico jugo Legis Cæremonialis & operoſa atq; oneroſa illa rituum obſervatione; qua ſyncategorematica ſignificatione acci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

pienda ſunt, quæ alias prima facie videri poſſent dicta in Epiſtola ad Galatas & alibi paſſim, ad ſoli Eccleſiæ novi Teſtamenti aſſerendam omnem libertatem per Chriſtum partam, & relinquendum veteri populo nihil præter Spiritum ſervitutis; in quam hæreſin τὰ δυσνόητα in Pauli Epiſtolis στρεβλοῦσι, qui cum Anabaptiſtis & Socinianis conſpirant in doctrina heterodoxa de Legis & Euangelii ſeu Veteris & Novi Fœderis convenientia & differentia.

Emancipatio à Lege cæremoniali eſt, I. *in conſcientiæ jure, per Fidem agnito.*

Chriſtiana autem libertas in hac relatione ad Legem Veterum Sacrificiorum aliorumque rituum, conſideratur vel in Conſcientiæ jure, vel in praxi ſecundum conſcientiam. Conſcientiæ jus ſitum eſt in illa Fidei πληροφορίᾳ, qua credit Chriſtianus ſibi non eſſe ultra à Deo poſitam Legem illam quæ olim poſita erat veteri Eccleſiæ; quia propter præſentem Chriſtum jam vera oblatione pro peccatis ſemel defunctum ceſſat ſignificatio temporis futuri, nec ritibus Legalibus ultra commodari poteſt abſque Antichriſtiano mendacio, Chriſtum non veniſſe

nec mortuum fuiſſe, ſed vẽturum & moriturum. Conſcientia enim per prædicationem Euangelii inſtituta in hac veritate, ex jugo ſervitutis cenſetur aſſeri in libertatem; ſeducta autem, in ſervitutem redigi, Actor.15.v.10. Gal.2.v.4.c.4. v.9. c.5. v.1.4.

II. *In praxi libera à rituum obſervatione.*

Praxis autem iſtius libertatis Chriſtianæ ſecundum conſcientiam, non eſt accurate loquendo ſita in ἀδιαφορίᾳ illa qua pro re nata liberum ſit vivere vel ἰουδαϊκῶς vel ἐθνικῶς, id eſt, Cæremonias Judaïcas vel obſervare vel negligere: quam ἀδιαφορίαν videtur præ ſe ferre praxis Apoſtoli Pauli quam ſupra attigimus ex hiſtoria Actorum, quam ipſe tangit 1 Corint.9. v.20. & Galat.2. v.11.14. Si enim praxis libertatis ſita eſſet in ἀδιαφορίᾳ illa, non dixiſſet Paulus loquens de ſua obſervatione cæremoniarum Judaïcarum qua Judæis factus erat tanquam Judæus ſub Lege: Quum liber ſim ab omnibus, omnibus me ipſum ſervum feci ut plures lucrifacerem.

Praxis illa vel eſt plene libera.

Quapropter ſic cenſemus diſtinguendum inter praxin libertatis Chriſtianæ libertimam & pleniſſimam, quæ ſuam temporis plenitudinem & ἀκμὴν demum habuit ſub Templi & urbis ſanctæ excidium; quando Judæi deſierunt eſſe Dei populus, ac facti ſunt quod ad Euangelium inimici propter Ethnicos, Rom. 11. verſ. 28. qua pleniſſima praxi libertatis nihil quicquam obſervatur rituum hujuſmodi qui olim mandati erant: ac vitatur obſervatio tanquam res mortua & mortifera: Et inter praxin libertatis Chriſtianæ reſtrictam & veteris ſervitutis reliquiis temperatam.

Vel eſt cum temperamento veteris ſervitutis.
Eaque rurſum vel ex conſcientia errante.

Rurſum hæc reſtrictio & ſervitutis temperamentum in praxi libertatis, vel erat ex conſcientia errante in iſtis myriadibus ζηλωταῖς νόμου, de quibus ſermo eſt Actor. 21. v. 20. quos Chriſtianos Judaïzantes Deus ἐτροποφόρησε, donec melius edocti ſe eximerent iſti jugo ſervitutis: quos qui imitandos docuerunt, poſt illud ignorantiæ tempus, merito olim hæreſios damnati ſunt, quales Cerinthus

teſte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

teſte Epiphanio Hæreſi 28. & Auguſtino Hæreſi 8. Ebion teſte Irenæo lib.1. c.28. ut & Ebionæi, & qui Nazaræi dicti fuerunt, apud Epiphanium hæreſi 18. & Auguſtinum hæreſi 9.

Vel ex charitate erga errantes, directa vel à privata prudentia, vel communi conſilio, vel Synodi Apoſtolicæ mandato.

Vel erat ſervitutis illud temperamentum in libertatis praxi à charitate Chriſtiana illorum qui non propter ſuam ſed propter Judæorum infirmiorum zelo legis errantium conſcientiam, aliquo libertatis uſu ſe mulctabant, ut illos infirmiores lucrifacerent, ac tandem ſecum aſſererent in plenam libertatem. Quod vel factum ab Apoſtolis & Presbyteris pro re nata communicatis conſiliis, vel privata prudentia; in qua proclivis erat lapſus in hypocriſin; qua vidimus abreptum Petrum & Barnabam: vel Eccleſiæ univerſæ pro tempore auctoritate Apoſtolica in nomine Spiritus Sancti imperatum, in convictu Gentium & Judæorum credentium, à Synodo Hieroſolymitana condito Canone, Actor. 15. verſ. 20. 29.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

Diſquiſitio ad Canonem Synodi Hieroſolymitanæ.

Eſt hujus loci Diſquiſitio iſthæc ad Canonem Synodi Hieroſolymitanæ, An quod Spiritui Sancto & Apoſtolis viſum eſt præſcribere iſthoc Canone in ſolidum fuerit neceſſariæ & perpetuæ obſervationis; & an (quod factum eſt) magna ſui parte abrogari & antiquari debuerit Canon ille; & an Eccleſiæ ſequentis auctoritate, an ex ſe ipſo. Ad quæ problemata ut reſponderi poſſit, audienda Canonis verba, Actor. 15. v. 28. 29. Viſum eſt Spiritui S. & nobis, nequid amplius imponeremus vobis βάρος, πλὴν τῶν ἐπάναγκες τούτων, onus, præter hæc neceſſaria: Ut abſtineatis ab Idolothytis & ſanguine & ſuffocato, & ſcortatione. Canonis hujus δευτέρωσις eſt Actor. 21. v. 25. De iis autem qui crediderunt ex Gentibus nos ſcripſimus & decrevimus, ne quid hujuſmodi obſervent niſi ut caveant ab Idolothyto, & à ſanguine & ſuffocato & ſcortatione.

Canon ille partim moralis & juris perpetui.

Eſt in hoc Canone δυσνόητον, quo pacto obſervationi rituum Legalium in abſtinentia

nentia ab Idolothytis & à ſanguine & ſuffocato accenſeatur abſtinentia à ſcortatione; quæ eſt Legis moralis: de qua proinde ſcrupulus moveri nõ potuit propter Legis antiquationem & Chriſtianam libertatem. Communis reſponſio eſt quam ſequitur Piſcator, Scortationem adiaphoris accẽſeri quia à Gentibus non habebatur pro flagitio, ut videre eſt ex 1 Cor. 6. v. 15. & deinceps: & notum eſt ex illo Terentiano, Non eſt flagitium, mihi crede, adoleſcentulum ſcortari, &c. Adelph. Act. 1. Scena 2. Sed hæc reſponſio Bezæ non ſatisfacit: Nam, inquit, de hac re non legimus in Synodo quæſitum, & neque καθό τι, neque tantum præſentis neceſſitatis cauſa, ut illa tria, ſed præciſe & ἁπλῶς, Scortatio inhibenda fuit, &c. Quid ergo? Mihi omnino videtur, inquit Beza, Jacobus verſ. 20. & poſtea Synodus verſ. 29. ſcortationis nomen ex Prophetarum more, ad Idololatriam tranſtuliſſe, non illam craſſam & ſine exceptione deteſtandam, ſed quam illorum temporum & exortæ cõntentionis circumſtantiæ requirebant. In hanc autem ſententiam, inquit, me deducit Paulus hujus Epiſtolæ Synodicæ optimus inter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

interpres, 1 Corint.8. & 10. duas ſpecies conſtituens hujus interdicti: unam τῶ εἰδωλοθύτων extra idolorum templa & Sacrificia: alteram convivii in ipſo Idolorum templo & ipſius Sacrificii appendicem, &c. Vult autem hic nomine τῆς πορνείας ſignificari alteram hanc ſpeciem, puta accubitum in idoleo, & cætera hujuſmodi. Enimvero ipſo Beza fatente hæc ſpiritualis ſcortatio non magis eſt indifferens quam altera illa de qua hic non agi contendit. Manet itaque ſcrupulus, quomodo quod præciſe & ἁπλῶς inhibendum fuit, adjectum ſit tribus aliis rebus per ſe adiaphoris: qui non tollitur melius quam quod ſic Spiritui S. & Apoſtolis in Synodo congregatis viſum eſt.

Partim autem Canon ille eſt Veteris juris cæremonialis, quod antiquandum erat: atque ex ſe ipſo jam antiquatum & abolitum eſt.

Dignior vindice nodus eſt, quomodo conſtet cuncta illa non eſſe cum quarto paris neceſſitatis, cum pariter cunctis tribui videatur τὸ ἐπάναγκες, ſeu neceſſitas. Nodus ille ſolvitur collatione Scripturarum, quæ teſtantur; Non polluere hominem quod os ingreditur. Matth.15. v.11.

quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

quo teſtimonio Chriſti ſaltem hoc confirmatur, omnem pollutionem à cibo aut potu mere cæremonialem eſſe, itaque antiquandam antiquata Lege cæremoniali. Item, Non eſſe regnum Dei eſcam & potum, Rom.14. v.17. Fas eſſe edere quicquid in macello venditur, nihil interrogando propter conſcientiam. 1 Cor.10. v.25. Neminem nos poſſe damnare ob cibum, &c. Coloſ. 2. verſ. 16. Et διαῤῥήδην Apoſtolus affirmat, δικαιώματα τῆς λατρείας quæ tempore illo obſervabantur carnali γυμνασίᾳ, ἐπὶ βρώμασι καὶ πόμασι, fuiſſe tantum μέχρι καιροῦ διορθώσεως ἐπικείμενα, id eſt, incubuiſſe tantum uſque ad tempus correctionis. Hebr.9.v.10. Quia ergo præter fornicationis negotium reliqua ſita erant μόνον ἐπὶ βρώμασι, non poterant poſt καιρὸν διορθώσεως manere neceſſaria: atque ea propter merito cenſentur non impoſita Chriſtianis, qui liberi erant ab omnibus iſtis, niſi ut hac ſervitute ad breve tempus temperata eſſet ipſorum libertas ad neceſſariam ædificationem illorum qui ex ſervitute legis cęremonialis erant vindicandi.

Quid quod vox Græca ἐπάναγκες (quæ adver-

adverbium eſt poſitum loco nominis, ut πλησίον, ἐγγὺς, & ſimilia) non ſignificat, ſi animum advertas, neceſſitatem abſque conſignificatione Analogiæ ejuſmodi, qua, ſi cuncta dicas neceſſaria eſſe, ſubintelligitur tamen neceſſitatis imparitas, ut cuncta non ſint ἁπλῶς neceſſaria. Præpoſitio enim ἐπὶ in compoſitione plurima vocabula ita modificat, ut non rerum ſignificatarum τὸ ἀκριβὲς exprimant ſemper, ſed etiam ſolam cum re ſignificata vicinitatem aut affinitatem. qualia ſunt, ἐπίγαμος nubilis, nuptiis vicina, ἐπίτεξ partui vicina, ἐπιθανὴς vel ἐπιθανάτιος morti vicinus, ἐπίδοξος opinabilis, ἐπίδασυς aliquantum denſus, ἐπίξανθος leviter flavus, & ſimilia. Quidni ſimiliter ἐπάναγκες quaſi aut propemodum neceſſarium: ut quamvis unum ex quatuor ſit ἁπλῶς neceſſarium, à potiori numero tamen cuncta dicantur tantum quaſi neceſſaria.

Hinc jam facile expeditur quæſtio reliqua, An ea ſui parte qua eſt δικαίωμα σαρκὸς μόνον ἐπὶ βρώμασι, Jus carnale tantum in eſca aut cibo ſitum, abrogari & antiquari debuerit Canon Apoſtolicus, & an Eccleſiæ ſequentis auctoritate pari

cum

cum illa qua conditus eſt, an ex ſe ipſo. Res ipſa loquitur, propter Judæos zelotas legis conditum Canonem, & voluiſſe ac juſſiſſe Synodum in nomine Spiritus Sancti, ut quoad idolothyta quæ in macello vendebantur, & ſuffocatum & ſanguinem, maneret Veteris Legis Moſaïcæ ſervitus pædagogica, donec ſatisdatum eſſet Judæorum conſcientiis: atque ea propter tria illa fuiſſe εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει, comparata ipſo uſu ad abolitionem, neque opus fuiſſe ad illorum antiquationem nova auctoritate divina aut Apoſtolica, quam hic affingunt Eccleſiæ ſequentis temporis Theologi Pontificii: quippe quæ non propter propriam ſed propter alienam conſcientiam in infirmitate tolerandam ad tempus imperata erant.

JOH.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

JOH. CLOPPENBURGI
SPICILEGIUM
aliquot Problematum præteritorum in Schola Sacrificiorum.

DEDICATUM

Clariſsimis ac doctiſsimis viris,

D.D. CONSTANTINO l'EMPEREUR ab Oppyck, *Sacræ* Theol. Doctori, & L.*S.* in Academia Leidenſi Profeſſori.

ET

D. LUDOVICO de DIEU, Paſtori Eccleſiæ Leidenſis, & Gallici Collegii Regenti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

Reverendis, Doctiſſimis atque Amiciſſimis Viris prænominatis

JOHANNES CLOPPENBVRG Amſtelredamenſis.

SPicilegium hoc quod videtis poſt meſſem, ſi quidem veſtro judicio merebitur ut in ſpongiam non incumbat, quo quidem judicio ſtabo aut cadam lubens, vobis dedicandum duxi in publicum amicitiæ noſtræ monumentum, & amoris perennis conteſſerationem: quibus in hoc ſtudiorum genere quis non fateatur hodie ſe Minerval aliquod debere? & qui hortatores fuiſtis uterque ut meas qualeſcunque lucubratiunculas darem publico. quo celeuſmate excitatus prodii nuper in ſcenam diſcendi magis quam docendi animo, edita Diatriba gemina de Paſchate Chriſti & de Sabbato Deuteroproto, cujus iteratam editionem paro ſub prælo Elſeviriano vobis etiam conſciis, auctam amica Collatione cum viro Clariſſimo mihique amiciſſimo D. Ludovico Cappello Paſtore

&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

& Profeſſore Salmurienſi, ipſo etiam volente ac jubente: cujus editioni viſum fuit præmittere Scholam ſacrificiorum ſacram, in qua erant quæ in hoc Spicilegio habetis præterita, quæ ſeorſim malui compingere, ne Lectorem illic turbaret prolixior digreſſio à ſcopo præcedentis tractationis. Accipite hæc una cum Exercitationibus meis juvenilibus quas olim ante annos plus minus viginti tres vidit & audivit partim Academia Heidelbergenſis, quæ eheu fuit, partim Baſileenſis & Genevenſis: ac quemadmodum qualis erga vos ſit animus meus probe noſtis, ita me ut ſoletis amare pergite. Dabam è Muſeo meo: Brielæ. III. Idus Majas M DC XXXVII. *qui dies mihi inchoat annum ætatis* XLVI.

SPICI-

SPICILEGIVM
aliquot problematum præteritorum in Schola Sacrificiorum.

I. PROBLEMA.
An poſt ædificatum à Salomone Templum Deus non reſpexerit ad Sacrificia in aliis locis oblata.

SACRIFICIA in aliis locis oblata intelligimus, non quæ in locis excelſis in terra Canaan, vel Gentium idololatria veteri vel nova Jeroboami polluta erant, adeoque vel dæmonibus vel idolis offerebantur, quæ extra controverſiam Deus abominatus eſt. Neque hic loquimur de Sacrificiis oblatis abſque Fide, ad quæ non reſpexit Deus etiamſi debito loco offerrentur. Sed agimus de Sacrificiis illis quæ poſt antiquatam (Dei mandato per Davidem, & ſubſequuta Templi ædificatione per Salomonem) locorum ex celſorum religionem, in iiſdem tamen locis Ve-

teri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

teri more, conniventibus etiam piis regibus Aſſa & Joſaphato & Manaſſe poſt converſionem, oblata ſunt ſoli vero Deo ex Fide & Spe promiſſionis de Meſſia venturo ad peragendam veram peccatorum expiationem.

In oblationibus alieno loco oblatis fuit ἀνομία, ſed quam Deus diſſimulavit propter λεῖμμα electorum.

Non vocamus in controverſiam an in oblationibus alieno loco factis non fuerit ἀνομία (adeoque ἁμαρτία. 1 Joh. 3. verſ. 4.) fatemur propter hanc ἀνομίαν, Deum ex Legis ſuæ rigore potuiſſe Sacrificia illa abominari: quin hanc quoque ob cauſam incubuiſſe Eccleſiæ veteri divinas caſtigationes & judicia, quæ zelum piorum regum debuiſſent excitaſſe ad profananda loca excelſa & abolenda in illis ſacrificia. Verum hoc quæritur, An non aliquibus ſaltem temporibus propter λεῖμμα ſeu reſervationem electorum, Deus diſſimularit ἀνομίαν illam, quantiſper non degenerabat in idololatriam; quemadmodum in aliis corruptis moribus populum illum ἐτροποφόρησεν in quibus receſſum erat à prima Legis divinæ inſtitutione.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

In regno Iſraëlis manſerunt uſque ad Eliam Altaria Iehovæ.

Affirmativam ſententiam videtur confirmare experientia magis paradoxa hæc, cui Scriptura teſtimonium perhibet: videlicet integrum plus minus ſæculum poſt ædificatum Templum Salomonis ϛάσιν habuiſſe in regno decem tribuum Altaria Jehovæ, in quibus abſque idololatria ſacrificatum fuit à veris fidelibus Iſraelitis. Audiamus lamentationem Eliæ Prophetæ qui vixit tempore Regis Achabi, qui octavus fuit à Jeroboamo, in regno Iſraëlis avulſo à regno Juda. Domine, inquit Elias, Prophetas tuos occiderunt & altaria tua ſuffoderunt. 1 Reg. 19. v. 10. 14. Rom. 11. v. 3. Deplorat Propheta recentem perſequutionem qua profligata erat vera religio occiſis Prophetis & ſuffoſſis altaribus. In illis altaribus Deo dicatis ſeorſim ante perſequutionem excitatam ſacrificarunt ſine idololatria illæ Iſraëlitarum chiliades qui ne quidem flagrante perſequutione genu flectebant coram idolo Baal. Si ad illorum ſacrificia non reſpexiſſet Deus; facilis fuiſſet Eliæ Prophetæ altarium jactura; neque illa nominaret cum

Deo

Deo loquens Dei altaria. Cenſemus ergo alia fuiſſe altaria in Iſraële erecta contra Dei altaria, in quibus Sacrificia offerebant alii qui coram vitulis Jeroboami & coram Baalim genu flectebant, ad quæ Deus non reſpexit: atque illum fuiſſe ſtatum religionis in regno Iſraëlis, ut alii ſervarent ſtatuta Jeroboami, alii ſtatutum Jehovæ extra tempora perſequutionis: utriſque autem ſui eſſent Sacerdotes: illis, quos exemplo Jeroboami legebant, qui nō erant de filiis Levi: 1. Reg. 12. v. 31. his autem ex Levitis qui ſuas in decem tribuum regionibus poſſeſſiones & oppida habebant, quæ recenſentur 1 Chron. 6. v. 61. &c.

In Samaria ab interitu vindicata Sacrificiorum λατρεία vera.

Similiter ducentis plus minus annis poſt, Gentibus Aſſyriis Samariam occupantibus, cenſemus veram religionem & Sacrificiorum λατρείαν vindicatam ab interitu in priſtinam libertatem, immiſſis divinitus leonibus in Samariæ incolas: qui volentes nolentes Sacerdotem aliquem reduxerunt ex captivitate, qui doceret poſtliminio verum Dei cultum. 2 Reg. 17. à verſu 24. uſque ad finem.

Reli-

Religionem poſtliminio in libertatem vindicatam ab interitu, Spiritus S. vocat יראת יהוה Venerationem Jehovæ, item משפט אלהי הארץ, Statutũ Dei terræ illius; quæ non convenirent; nec quieſcere potuiſſet ira Dei, ſi quæ illic narrantur ſic eſſent accipienda, quod Gentes fabricatis ſibi Diis ſuis quos colebant more antiquo, eadem illa oblatione Sacrificiorum qua illis Diis non Diis ſerviebant, ſervierint una opera Jehovæ. Claudicatio illa in utramque partem & συγκαλα-θεῖςις Dei cum idolis magis provocaſſet Dei zelotypiam, 1 Reg. 18. v. 21. 2 Cor. 6. v. 14. 15. 16. Eſt ergo omnino θεοπρεπέστερον, ut dicamus iram Dei quieviſſe propter reſtitutam libertatem reliquiis illis quæ per Salmanaſſarem non erant abductæ, quæ coram Aſſyriarum Gentium idolis nolebant genu flectere: ut Sacrificare poſſent Jehovæ more patrio.

Atque hac veræ religionis & λατρείας divina conſervatione etiam in regionibus decem tribuum, factum cenſemus, ut non obſtante ſchiſmate, Apoſtolus in una ſpe τῆς λατρείας perſeverans laudet τὸ δωδεκάφυλον: Loquutus enim de Spe promiſſionis à Deo patribus factæ, hæc ſubjun-

ſubjungit, ad quam duodecim tribus noſtræ cum aſſiduitate nocte & die Deo ſervientes ſperant ſe perventuras, Actor. 26. v. 6. 7. Sic ergo cenſemus Deum diſſimulare potuiſſe ἀνομίαν illam tam in Juda quam in Iſraële, oblationum in locis excelſis, ſi fierent abſque pollutione idololatriæ, ex Fide & Spe promiſſionis Patribus factæ: ut etiam hic in humano ψεύσματι abundaverit Dei veritas ad gloriam ipſius. Rom. 3. v. 7.

II. PROBLEMA.

An nunquam ex linea alia quam filiorum Aaronis Sacerdotes attenderint altari.

In Iſraële Altaribus Iehovæ attenderunt Sacerdotes Kehathitæ, Gerſonitæ, & Meraritæ.

PRoblema hoc aliquo modo pendet ex priori: Nam ſi altaria fuerunt in terra decem tribuum, & Sacerdotes ex Levitis, qui inter decem tribus ſuas poſſeſſiones & oppida habebant ante decem tribuum captivitatem: Hi quidem Sacerdotes fuerunt non ex Aaronitis Eleazari & Ithamari poſteris: ſed ex aliis filiis Levi Kehathitis, Gerſonitis & Meraritis; ut videre eſt 1 Chron. 6. Poſt captivita-

ptivitatem decem tribuum Sacerdotes excelſorum dicuntur lecti מקצותם ad verbum, è partibus ſuis, phraſi eadem qua Jeroboami Sacerdotes lecti dicuntur: confer 2 Reg. 17. v. 32. cum 1 Reg. 12. v. 31. Vulgatus vertit, de extremis, de noviſſimis populi. Tigurinus, de fæce populi, ex obſcuris hominibus. Simplicior videtur Tremelii & Junii expoſitio: E numero ſuo. In hiſtoria autem Jeroboami expreſſus eſt neglectus tribus Levi, non item in hiſtoria altera. Quidquid ſit, etiamſi (quod credere malumus) reliquiæ Iſraëlitarum accepta libertate ſacrificandi vero Deo, ſibi legerint Sacerdotes ex Levitis reliquis; ſive tribum Levi neglexerint: præter loci ἀνομίαν altera ſe offert ἀνομία in Sacerdotum electione extra Eleazari & Ithamari filiorum Aaronis familias; penes quas, divina ordinatione Sacerdotii Aaronici, erat jus ſucceſſionis; quam ἀνομίαν ſaltem in regno Iſraëlis conſequens eſt Deum diſſimulaſſe ſi illic reſpexit ad Sacrificia, quod ex lamentatione Prophetæ Eliæ didicimus.

Facit autem obſervatio hujus diſſimulationis divinæ qua Iſraëlitas ἐτεροπο-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

φόρησεν, ad controverſiam de Eccleſia, ac ſuppeditat hanc Theſin: Non ilico eſſe Eccleſiam reprobam & Satanæ ſynagogam, quæ nævos & defectus ſuos habet in Politeia exteriori & Miniſtrorum vocatione, quantiſper ſalva eſt Doctrina veræ Fidei & Adorationis cum Sacramentis divinitus inſtitutis, quæ ſunt Eccleſiæ eſſentialia: adeo ut abſque illis nihil ſit etiam optime conſtituta politeia exterior & perſonarum ſucceſſio in miniſterio. In hac Theſi eſt ἐπιστομισμὸς Pontificiorum ſimul & Brouvvniſtarum: etiamſi probata eſſet ab utriſque quam Eccleſiis Reformatis in politeia Eccleſiaſtica & Miniſtrorum vocatione tribuunt ἀνομία & impuritas; quam ex ſe damnabilem & pernicioſam eſſe non negamus, ſi Eccleſiæ Deus non parceret propter ſalvandos.

Summus Pontificatus ceßit modo Eleazari modo Ithamari lineæ ex Aaronitis.

Verum enimvero quemadmodum aliquibus ætatibus Deus non voluit ſevere uni loco adſtrictam Sacrificiorum λατρέιαν: ita ut etiam citra ἀνομίαν Sacrificia offerrentur in locis excelſis, puta tempore Samuelis Prophetæ poſt domum

mum Dei in Silo profanatam. Sic videtur circa illa tempora Deus quoque diſpenſaſſe de jure illo ſucceſſionis olim tributo Aaroni filiiſque ejus, Eleazaro & Ithamaro, ac filio Eleazari Pinehas. Summus quidem Pontificatus, quia in familia Eleazari initio cœperat jure primogenituræ, ac ceſſerat Pinehaſo, cujus genealogia porro texitur, neglecta Ithamari genealogia, 1 Chron. 6. in ſacerdote ſummo Eli cenſetur ceſſiſſe filiis Ithamari, & in illa familia manſiſſe uſq; ad regem Salomonem, qui Abjatharum ultimũ ex familia illa ſummum ſacerdotem patrem Ahimelechi, 1 Chron. 24. v. 3. 6. ſummovit, & in Zadoko ſummum Pontificatum poſtliminio reſtituit familiæ Eleazari: Cauſam & initium alteratæ ſucceſſionis Scriptura ſilet; quid comminiſcantur Hebræi commentatores, vide apud P. Martyrem in 1 Sam. 2. v. 30.

Samuel Kehathita ex linea Iitzehar Korachita videtur vocatione extraordinaria præfectus fuiſſe Sacerdotio ordinario.

Majorem difficultatem habet Genealogia Samuelis Prophetæ, qui Levita quidem fuit & Kehathita, ſed ex linea Iitzehar Korachita. 1 Chron. 6. verſ. 22. 28.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

1 Sam.1. v.1. Petrus Martyr hæc habet in commentario in 1 Sam.7. verſ.9. (Tulit ergo Samuel agnum lactis unum.) Sed cur ſacrificat Samuel pro populo cum non eſſet Pontifex? Nam victimam oportuit deferri ad Templum à populo, ſacrificari autem & cremari non niſi à Pontifice. R. Ben Gerſon putat Samuelem non ipſum ſacrificaſſe, ſed aliena manu: Quanquam hoc ipſe fatetur infirmum eſſe: Samuelẽ enim ipſum potuiſſe ſacrificare. R. Chimhi putat in hac lege Põtificia duas fuiſſe exceptiones. Unam, ſi nullus eſſet certus locus, ubi ſacrum fieret: tum enim jus erat, non ſolum in excelſis ſed etiam ab hominibus privatis rem divinam procurari. Alteram, ſi Propheta aliquis à Deo eſſet excitatus: Ita enim Joſuæ, ita Eliæ, ita nunc Samueli licuit ſacrificare. Nam Samuelem conſtabat eſſe Prophetam: & Templum nondum erat exædificatum: Arca autem nullum habuit certum locum, in Silo omnia erant confuſa & perturbata. Hactenus P. Martyr. Idem ad ejuſdem capitis 7. verſum ultimum. (Ibique ædificaverat altare.) Sed licebatne ædificare ibi Altare, & Sacra facere ubi non eſſet Arca? Licebat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

cebat, neque hoc factum debet in Samuele reprehendi. Nam cum Silo eſſet everſa, templum nondum eſſet exſtructum, & Arca Dei nullo certo loco conſiſteret, etiam privatis hominibus fas erat in excelſis ſacrificare. Deinde Samueli multa permittebantur, quæ fortaſſe aliis facere non licuiſſet. Nam quæ inſtinctu Dei fiunt, mirari magis debemus quam imitari. In eandem ſententiam inquit in cap.16. verſ.4. Facta Prophetarum ſunt quodammodo privilegia: Nihil enim innovabant niſi ſuaſu & impulſu Spiritus S.

Enimvero quid vetat cur non dicamus Samuelem Pontificem fuiſſe? eo ipſo quod Agnum in Mizpa ſacrificavit ipſe & immolavit, & in Ramoth ubi erat domus ejus ædificavit altare, & diverſas civitates obire ſolitus fuit ut in iis ſacrificaret. quod cõfirmant hæc verba P. Martyris in 1 Sa. 16. v.2. (Vitulum boum tolles in manu tua.) Sacrificium facito ut ſoles. Credibile eſt Samuelem ſæpe ſolitum ſacrificare pro ſtatu & ſalute Reip. atq; ea cauſa obiiſſe diverſas civitates. Eſto ergo hoc privilegium Samuelis non quod ſemel extra ordinem ſacrificavit ut Elias ſed quod diſpenſatione divina extra li-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

neam Aaronis ex filiis Korachi vocatus fuerit ſummus Sacerdos, Vocatione extraordinaria præfectus Sacerdotio ordinario.

Nemini unquam extra tribum Levi obtigit Sacerdotium; nec unquam fas fuit privatis hominibus ſacrificare.

Quod autem poſt Kimchium exiſtimat P.Martyr, iſtis temporibus fas fuiſſe etiam privatis hominibus in excelſis ſacrificare, eſt contra Paulum, qui aſſerit, Neminem ſibi ipſi ſumere hunc honorem, ſed qui vocatur à Deo. Hebr.5.v.4. Vocatione ergo divina privatorum hominum numero eximendus erat qui Sacrificia Deo offerret. Forte fuit vocationis Sacerdotalis privilegium commune omnibus Prophetis extraordinariis quos Deus ſuſcitabat ex tribu Levi, ſive Aaronitæ eſſent, ſive Kehatithæ, ſive alii: Sed ex tribu alia nominatim tribu Juda nemo attendit altari poſtquam de Aaronico ſacerdotio loquutus eſt Moſes. Heb.7. De Joſue ergo aſſenſum non impetrat Kimchius, quia ille fuit ex tribu Ephraim, Num. 13. v. 8. 16. Et præſto erant illi Sacerdotes divinitus ordinati, ut non opus

haberet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

haberet ipſe per ſe Sacrificia offerre, Ioſue 4.

Elias potuit eſſe Levitarum unus.

De Eliæ Genealogia nihil præjudicat Scriptura quo minus Levita fuerit: dicitur Tiſchbites ex inquilinis Gilhad: & præterea nihil indicatur de tribu ex qua oriundus eſſet, 1 Reg. 17. verſ. 1. Omne ſolum Levitis poterat eſſe patria in terra Canaan, ut ex Cleruchia notum eſt. De Davide & Salomone regibus ex tribu Juda oriundis credimus propter auctoritatem Apoſtoli illos non ſacrificaſſe per ſe ſed per Sacerdotes Aaronicos.

III. PROBLEMA.

Quis ſit ſenſus verborum Chriſti, πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται. Marc. 9. v. 49.

OCcaſione ἐμπυρισμοῦ veterum Sacrificiorum qui erat typicus Baptiſmus Spiritus Sancti, juxta illud Baptiſtæ, Ipſe vos baptizabit Spiritu S. & igne: lubet conferre ſymbolam ad locum πολυθρύλλητον, Marc. 9. v. 49. πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται, quod vulgo transfertur: Omnis enim homo igne ſalietur. Quæritur autem an typicum illum ignem in Sacrifi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

ciorum ἐμπυρισμῷ Chriſtus ſpectaverit, quemadmodum ex Sacrificiorum νομοθεσίᾳ petitum eſt quod ſequitur, καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται, & omnis hoſtia ſale ſalietur. In quam ſententiam conſpirant fere interpretes, tam illi qui acquieſcunt in recepta lectione, quam Scaliger qui illam de mendo ſuſpectam habet. Illi cenſent, Chriſtum duplici allegoria ignis & ſalis voluiſſe unum hoc commẽdare, ut vermem illum non morientem à nobis averruncemus, condientes nos ipſos tanquam hoſtiam vivam ſpirituali igne & ſale quo purgantur & excoquuntur pravi affectus. Scaliger quid ſentiat loquitur Epiſtola ejus ad Johan. de Laet epiſtolarum 442. his verbis. *Locum Marci ante multos annos amicis & expoſui & probavi. Vetuſtiſſima menda illum occupavit: quam nemo odoratus eſt, quum tamen lectio vulgaris ineptiſſima ſit. Nam quid eſt ἁλίζειν πυρὶ? Scio veterum & recentiorum ſuper illo portentoſo genere loquendi ſententias. Melius tacuiſſent. Quod Matthæi 5. v. 13. Luc. 14. v. 34. Dominus dixit diſcipulis ſuis, vos eſtis ſal mundi aut terræ, non exponitur cauſa quare id dictum ſit. At Marcus*

prius

prius propoſuerat verba ex quibus infertur Apoſtolos eſſe ſal mundi. Verba enim illa ſunt ex 2. Levitici: Omne holocauſtum ſale ſalietur. Ait igitur Dominus; Scitis ſcriptum eſſe, Omne igniarium Sacrificium ſalietur: item, Omne holocauſtum ſale ſalietur. Ecquodnam ſal putatis eſſe illud? Vos eſtis ipſum ſal. Vos eſtis ſal terræ. Ita igitur ſcripſit Evangeliſta. πᾶσα πυρία ἁλισθήσεται. καὶ, πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται. *Vtrumque teſtimonium ut dixi ex 2 Levitici in quo* אשה *feliciſſime ab Euangeliſta redditum eſt* πυρία. *Nam ut ſcis* אש *eſt* πῦρ, *quaſi dicas igniariam oblationem. At inepti homines qui hunc locum depravarunt, hoc comma cum ſuperiore conjungere voluerunt in quo* πυρὸς *fit mentio: & quum quid eſſet* πυρία *non intelligerent* πυρὶ *legerunt: & quia putarunt duo illa cõmata unum tantum eſſe,* γὰρ *ut vinculum utriuſque commatis eſſet infulſerunt. Quam recte autem te ipſum Iudicem fero. Nam quid habent commune,* τὸ πῦρ οὐ σβέννυται, *&* ἁλισθήσεται*? Quid eſt ſalire igni? Vbi eorum ignis non exſtinguitur; nam omnis ſalietur igne. Pulchrum commentum! Hæc eſt vera hujus loci interpretatio:*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

quem, ut dixi, fœdiſſima menda ab incunabulis uſque ipſius Chriſtianiſmi invaſit. Sunt & alia paſſim in textum Euangelicũ ab ultima vetuſtate vitia admiſſa, quæ nemo præter me indicaverit. Et hoc quod jam aperuimus præcipuum eſt ex omnibus. Docti viri quibus jam dudũ hoc oſtendimus, multum laudarunt, victi vero: maligni quidam theologaſtri, qui ſe nihil ignorare putant multum obtrectati ſunt. Tu vero cave ab hujuſmodi Prophetis. Nam qui aliquo ſenſu communi præditus eſt non poterit non laudare ſententiam noſtram. Nihil enim verius eſſe poteſt. Hactenus Scaliger.

Conſenſus ſaltem Scaligero eſt cum reliquis interpretibus, Chriſtum reſpexiſſe typicum ignem quo fiebat olim Sacrificiorum ἐμπυρισμὸς, & conjunxiſſe cum oblatione igniaria ſalem quo eadem ſaliebatur ante ἐμπυρισμὸν. Ut in re nihil ſit quod in interpretum expoſitione allegorica refutet Scaliger, data, non conceſſa ipſius conjectura de vitiata lectione: adeoq; nihil reliquum ſit præter λογομαχίαν illam. Quid eſt ſalire igni? nam quid ignis ſit convenit. Quod tantillũ ſane eſt ut tutius ſit in gloſſa ordinaria acquie-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

acquieſcere(juxta quam non magis portentoſum loquendi genus cenſeri debet πυρὶ ἁλίζεσθαι quam Matth.3. πυρὶ βαπτίζεσθαι) quam contra omnium codicum fidem vitiatam lectionem comminiſci. Ac bene habet quod ex omnibus vitiis quæ Scaliger cenſet in textum Euangelicum admiſſa, hoc cenſeat præcipuũ eſſe, quod extra λογομαχίαν nullius eſt momenti.

Enimvero ut bene obſervatum eſt à Lud. Capello in Spicilegio, obſtat illi Scaligeri conjecturæ, quod אשה nunquam à LXX. interpretibus redditur πυρία, neque alibi occurrit hæc vox hoc ſignificatu apud auctorem ullum, ut neceſſe ſit eam ab Euangeliſta fuiſſe ab alio ejus uſu traductam ut verbum verbo, vocem Hebraïcam אשה Græca iſta redderet. Tum & hoc adverſari videtur Scaligeri conjecturæ quod Levit. 2. v.13. ubi habetur præceptum de oblationibus ſale aſpergendis, non comparet vox Hebraïca אשה ſed duntaxat קרבן & מנחה, quæ à LXX. interpr. iſthic redduntur per δῶρον & θυσίαν non vero per πυρίαν.

Noſtra ſymbola hæc eſt; quia (quod Scaligerum offendit) συνάφεια nulla videtur inter comma 48. & 49. quæ vinculum

lum γὰρ patiatur, ſi maneat gloſſa ordinaria; forte rectius dicemus, de oblatione hoſtiæ igniaria non loquutum Chriſtum verbis illis, πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται. Quid ergo? Videntur verba iſta ſic exponenda; Totus enim igne ſalietur; ac intelligenda de verme non morituro, hac ſyntaxi, πᾶς γὰρ ὁ σκώληξ αὐτῶν: Ut ſenſus ſit, Vermis ipſorum nō morietur, quia totus igne illo ſalietur, qui non extinguetur. Quid ergo eſt ἁλίζειν πυρὶ? eſt fomitem facere ignis æterni: Sal enim æternitatis ſymbolum; unde Fœdus ſalis vocatur Fœdus perpetuum, Num. 18. verſ. 19. 2 Chron. 13. v. 5. Fomes autem æterni ignis in reprobis futurus eſt Vermis ille conſcientiæ ipſorum. Vel ſi hoc nō placet, ut ad vermem referatur quod eſt proximum antecedens; referri poteſt ad remotius antecedens, verſ. 42. Quiſquis offenderit unum ex parvis iſtis, &c. bonum eſſet ei potius ſi circumponeretur ſaxum molare circa collum ejus & projiceretur in mare: quare? Quia totus igne ſalietur. Neque hoc videri debet nimis longe petitum; quia de eodem ſubjecto intercurrunt iſta. verſu 43. duas manus habentem abire in gehennam in

ignem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

ignem inexſtinguibilem. verſ. 45. duos pedes habentem projici in gehennam in ignem inexſtinguibilem. verſ. 47. duos oculos habentem projici in gehennam ignis, ubi vermis eorum non obit & ignis non exſtinguitur. de quo ſubjecto pro concluſione Chriſtus dicit, Totus enim igne ſalietur; quaſi dicat, non κυλλὸς, mancus, non χωλὸς, claudus, non μονόφθαλμος, luſcus, ſeu altero oculo orbus, ſed integre totus omnibus membris perfectus æterno igne cruciabitur. Ut πᾶς, totus, hic idem ſit quod ἄρτιος, omnibus partibus abſolutus; qua metaphora de homine interiori vocem ἄρτιος uſurpavit Apoſtolus 2 Tim. 3. v. 17. Cujus vocis gloſſema videtur in hoc de quo agimus loco exhibere, ſed mendoſe, Vetus ille liber quem in ſuis notationibus laudat Camerarius: his verbis: In noſtro autem vetere libro, cujus, quemadmodum ante teſtatus ſum, ſcriptor haud indiligens fuit, plane exſtat: πᾶς γὰρ ἄρτος πυρὶ ἀλισθήσεται, id eſt, omnis panis igne ſalſus fiet. Sed de veritate tamen Scripturæ hujus diſſentaneæ nihil affirmo. Hactenus Camerarius. Nos ſuſpicamur ἄρτος mendam eſſe pro ἄρτιος, atque gloſſema

ſema eſſe quod in illo Camerarii codice ex margine irrepſit in contextum: alienum enim & ἄτοπον alias eſſet illud, Omnis panis igne ſalſus fiet.

Sive autem ad proximum ſive ad remotius antecedens referamus verba illa, Totus enim igne ſalietur, manifeſta jam eſt συνάφεια cui ſervit vinculum γὰρ. Sed verba ſequentia per conjunctionem καὶ ſic accipimus, ut τὸ καὶ, ſit adverſativa particula qua conſilium illud ſalutare quod ter præceſſit inde à verſu 43, de manu & pede abſcindendo & eruendo oculo potius quam ut totus & integer conjiciaris in gehennam ignis inexſtinguibilis, concluditur per antitheſin illius concluſionis (quæ tangit reprobos ſaliendos æterno igne) hujuſmodi. Omnis autem hoſtia ſale ſalietur. Bonum eſt ſal iſtud. καλὸν τὸ ἅλας. quaſi dicat, Melius autem eſt ſaliri ſale Fœderis ad vitam æternam, quales ſale Fœderis aſperſas hoſtias vos ipſos Deo offeretis, mortificantes membra veſtra terreſtria, manum pedem oculum quæ vos ſcandalizaverint, id eſt, ſollicitaverint ad offenſionem unius ex parvulis iſtis.

Πάρεργον, An Chriſtus faciat parvulos credentes, Marc. 9. v. 42. & locis parallelis.

Obiter & παρέργως obſervamus, videri veram Syntaxin verborum iſtorum minime animadverſam hactenus, Marc. 9. v. 42. ἕνα τῶν μικρῶν τῶν πιστευόντων εἰς ἐμέ. quibus apud Matthæum inſertū eſt pronomen τούτων, cap. 18. v. 6. quo pronomine oratio abſolvitur apud Lucam c. 17. v. 2. ἕνα τῶν μικρῶν τούτων. Vulgo enim transferuntur, unum ex parvis iſtis qui credunt in me. unde Theologi Lutherani aſſerunt infantes credere in Chriſtum. Nos cenſemus vertendum eſſe, unum ex parvis iſtis credentium in me: ut non parvis iſtis tribuatur fides in Chriſtum, ſed parentibus ipſorum.

IV. PROBLEMA.

Quid ſentiendum ſit de Æthiopum Chriſtianorum Circumciſione.

MOs eſt Eccleſiarum Æthiopicarum quem deſcribit Damianus à Goes in libro de moribus & fide Æthiopum: ut cum Baptiſmo conjungant circumciſionem maſculorum & femellarum, non quidem neceſſitate Sacramentali, ſed politico

litico tantum prætextu, ut hac nota ſolummodo diſcernantur tãquam filii credẽtis Abrahæ à cæteris nationibus. Quæritur quid de illa Circumciſione ſentiendum ſit; an prætextus ille præſtet ut non ſit mortifera cæremonia, quam mortuam eſſe fatentur Chriſtiani omnes, & mortiferam ſi inferatur in religionem Chriſtianam, juxta doctrinam Apoſtolicam Gal. 5. v. 2. Ecce ego Paulus dico vobis ſi circumcidamini Chriſtum nihil vobis profuturum.

Wolfg. Franzius videtur Circumciſionem Æthiopum facere ἀδιάφορον.

Judicium VVolfgangi Franzii Lutherani hoc eſt, Diſput. 9. Theſ. 70. Non omni ſcandalo carere apud imperitos. Et mox Theſi 71. Simile illi eſt, inquit, quod iidem Æthiopes teſte Oſorio lib. 9. rer. Em. ſingulis annis baptizantur. Perhibentur autem ab eodem auctore credere non niſi unũ Baptiſmum ſeu unum lavacrum regenerationis in Spiritu Sancto. Interim tamen ſingulis annis die quo Chriſtus baptizatus eſt, ipſi quoque lavantur, idque explicant, quod non credant hanc tincturam eſſe lavacrum regenerationis, ſed quod tantum velint celebrare

brare

brare quotannis μνημόσυνον de Baptiſmo Chriſti ad illum diem habito. Et hoc neutro pacto juxta hanc explicationē Chriſtianorum verorum nomine privari poſſunt, modo imperitis & tales declarationes nec intelligentibus nec attendentibus nullum ſimul præberent ſcandalum apud vicinas & exteras alias Eccleſias. Hactenus Franzius.

Circumciſio Æthiopum ſuperſtitio eſt ab Apoſtolo damnata.

Eſto non priventur Chriſtianorum nomine Æthiopes: Attamē non ſolum propter ſcandalum, ſed propter doctrinam Apoſtoli, damnanda eſt illorū ſuperſtitio in Circumciſionis negotio, (cui non per omnia ſimile eſt Baptiſmi anniverſarii negotium) quia de Circumciſione διαῤῥήδην edicit Apoſtolus, ſi circumcidamur, Chriſtum nihil nobis profuturum: A quo anathemate non liberat ſuperſtitionem πρόφασις illa, quod velint ſolummodo hac nota diſcerni tanquam filii credentis Abrahæ à cæteris nationibus: ad quam Galatis reſpondit Paulus: Eos qui ex Fide ſunt eſſe filios Abrahæ. Gal. 3. v. 7. Et Genealogia illa ſecundum carnem ex Abrahamo, qua illi qui Filii Abrahæ ſunt cenſen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

cenſentur rami naturales in arbore con-
ſanguinitatis Chriſti præ cæteris natio-
nibus, olim quidem fuit aliquod περισ-
σὸν τοῦ Ἰουδαίου, ſeu aliqua populi Judaïci
prærogativa, Rom. 9. v. 3. 4. 5. Sed poſt-
quam rami illi naturales defracti ſunt,
aliis nationibus præter naturam inſitis,
Rom. 11. v. 17. 24. gloriatio illa excluſa
eſt, ut Chriſtianis nefas ſit illam affectare
quadam κακοζηλίᾳ, ſuſcepta Circumci-
ſione: quod docet Paulus per illum ἐξου-
θενισμὸν cognitionis illius qua vel perſo-
næ aliæ, vel Chriſtus ipſe ſub Euangelio
cognoſcatur ſecundum carnem: cum in-
quit: Nos poſthac neminem novimus
ſecundum carnem: quod ſi etiam novi-
mus Chriſtum ſecundum carnem, nunc
tamen non amplius novimus. 2 Cor. 5.
v. 16. Cognitio Chriſti & aliorum ſecun-
dum carnem ibi ſignificat non Fidem in-
carnationis Chriſti, ad cujus depreciatio-
nem Socini aſſeclæ hunc locum ςρεβλοῦσι,
ſed Fidei in Chriſtum hoc παραφυὲς, quo
veteri Judaïco more in carnali cogna-
tione cum Meſſia & Genealogia Patrum
ex quibus eſt Chriſtus τὸ κατὰ σάρκα collo-
catur τὸ περιοσσὸν, ſeu præeminentia: quod
eſt contra Canonem Jacobi, habere fi-
dem

dem Domini noſtri Jeſu Chriſti τῆς δόξης, ἐν προσωποληψίαις, Jac.2.v.1. Ubi non eſt προσωπολήπτης ὁ Θεὸς. Act.10.v.34.

Circumciſionis ἀφανισμὸς in Chriſtianiſmo neceſſarius.

Ut preſſius de Circumciſione dicamus, duo ſunt in Circumciſione propter quæ neceſſarius fuit atque eſt inter Chriſtianos ejus ἀφανισμὸς: primum eſt, Significatio futuri temporis: alterum, illa quæ in Æthiopum circumciſione prætexitur filiorum Abrahæ ſecundum carnem diſcriminatio à cæteris nationibus. Significationem futuri temporis intelligimus ejuſmodi quæ cum præſenti tempore conciliari non poteſt: quam cenſemus hanc fuiſſe (propter ſubjectum Circumciſionis genitale membrum,) multiplicandum ex benedictione divina ſemen Abrahami, propter naſciturum ex ſemine illo Chriſtum. Diſcriminatio autem illa filiorum Abrahæ ſecundum carnem à cæteris nationibus, ſymbolum erat ſingularis electionis populi illius, poſitis inter illum & Gentes cæteras inimicitiis, tanquam Dei hoſtes. Quandoquidem ergo multiplicatio ſeminis Abrahami ſecundum carnem deſiit fieri propter na-

ſciturum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

ſciturum Chriſtum, nec jam amplius facit ad Fœderis Dei œconomiam, Judæis propter infidelitatem defractis à Chriſto: ac conſequenter tandē Circumciſio præputii character eſſe cœpit Judaïcæ infidelitatis, qua ipſi jam inimici ſunt ſecundum Euangelium, ut olim inimici erant Ethnici: Rom. 11. v. 28. c. 5. v. 10. Concludimus non eſſe tantum mortuam ſed etiam mortiferam obſervationem Eccleſiarum Æthiopicarum, qua cum Baptiſmo copulant Circumciſionem, neque ullo ſchemate cenſeri poſſe ἀδιάφορον.

V. PROBLEMA.

An ulla Lege divina unquam debuerint offerri in holocauſtum victimæ humanæ, aut alio ritu cruento ſacrificari.

Per ἀνθρωποθυσίαν non Deus ſed Satan διαρεστεῖται.

CONſuetudo immolandorum hominum ſeu ἀνθρωποθυσία merito ſemper habita fuit immanis ac barbara, qua non Deus ſed hoſtis generis humani Satan διαρεστεῖται, cui proinde, non vero Deo, ſacrificatum eſt, non ſolum apud veteres Gallos, de quibus Cicero in oratione

tione pro Fonteïo, verum etiam apud Africanos, Siculos, Italos, Græcos, Scythas, Thraces, Britãnos & alios plures qui homines immolarunt Saturno, Jovi, Apollini, Diti, Marti, Herculi, &c. Inter Canaanitas una ex abominationibus propter quas Deus illos devovit Anathemate ad internecionem & excidium, hæc erat, quod parentes liberos ſuos tranſmitterent per ignem vel igne luſtrarent atque ſic idolis ſacrificarent, Levit. 18. verſ. 21. Deut. 18. verſ. 10. Qua abominatione ſe polluerunt in valle Tophet prope Hieroſolyma. 2 Chron. 33. v. 6. Jerem. 32. verſ. 35. Ultra luſtrationem autem aut tranſmiſſionem per ignem, progrediebatur eouſq; idolomania, ut etiam igne abſumerent mactatos liberos, 2 Chron. 28. v. 3. Jere. 7. v. 31. Jere. 19. v. 5. Pſal. 106. v. 37. 38. Vallem autem Tophet ſancto zelo profanavit, & abominationem illam ultus eſt rex Joſias. 2 Reg. 23. v. 10. Quid quod ad æternam deteſtationem idolomaniæ à valle iſta atque iſtius dominis filiis Hinnom à quibus denominabatur, גי בני הנם factum eſt nomen γεέννα Gehenna, quod tribuitur loco deſtinato æternis damnatorum ſuppliciis.

Matth.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

Matth. cap. 5.10.18.23. Marc. c. 9. Luc. c.12. Jac. c.3.

Origo ἀνθρωποθυσίας κακοζηλία.

Diſquiritur jam ad ἀνθρωποθυσίαν illam, An quemadmodum cætera apud Gentes ſacrificia, originem ſuam debuerunt veræ veteri religioni qua divinitus Sacrificia fuerunt imperata: An inquam ſimiliter ad divinam aliquam Legem aut mandatum illa revocari debeat, per cujus κακοζηλίαν ſit frequentata inter Gentes. Vix dubitandum eſt quin in terra Canaan nata ſit & inde propagata ad Gentes alias ἀνθρωποθυσία ex κακοζηλίᾳ, poſtquam percrebuit apud Cananæos inter quos ille peregrinabatur, fama de Abrahamo juſſo divinitus offerre in holocauſtum filium Iſaacum. Geneſ. 22. Deinde ob exemplũ Jephtæ, quod ex voto quod voverat creditur filiam obtuliſſe holocauſtum. Jud. 11. Confuſionem utriuſque hiſtoriæ ſapit in Ethnicorum Tragœdiis, puta apud Euripidem, fabula de Iphigenia à patre oblata pro Græcorum ſalute monente oraculo, & de cerva tandem, ſic procurante Deo, ſubſtituta in locum Iphigeniæ: vide Euripidis Iphige-

niam in Aulide: Nomen & ſexus ſapiunt hiſtoriam de filia Jephtæ, quæ vera eſt Jephtigenia à Patre oblata: Cataſtrophe autem illa de ſubſtituta pecude pro humana victima ſapit cataſtrophen Sacrificii Abrahami, qui loco Iſaaci arietem immolavit. Κακοζηλίαν autem hanc procul omni dubio fovit Diabolus, ad eradicandam Fidem & exſpectationem unici illius Sacrificii quo Chriſtus promiſſus redemptor Spiritualis, ſe ipſum oblaturus erat victimam pro peccatis, idem Sacerdos.

Deus noluit mortem Iſaaci.

Enimvero neutra hiſtoria probat id quod Gentes & Judæi Apoſtatæ ſibi perſuaſerunt, videlicet quod victimis humanis ψιλῶν ἀνθρώπων διαρεστεῖται ὁ Θεὸς, ſeu quod per ἀνθρωποθυσίαν placari poſſit Deus, qua merus homo pro homine aut hominibus aliis devoveretur. Nam quod ad oblationem Iſaaci Abrahamo imperatam attinet, fuit illa ſingularis mandati, quo Deus tentare voluit Abrahamum & Fidem ejus explorare, qua explorata noluit mortem Iſaaci: ſed per ſubrogatam perſonæ ipſius hoſtiam, tanquam

λύτρον

λύτρον redemptionis ipſius, typum exhibuit redemptionis ab ira ventura per Chriſtum λυτρωτὴν verum animarum, Agnum Dei tollentem peccata: manente interim in oblatione ipſa, qua Iſaacum morti devoverat Abrahamus, typo Chriſti Filii Dei unigeniti à Patre devoti & traditi in mortem.

Filia Iephtæ cæco zelo videtur immolata in holocauſtum.

De filia Jephtæ quoque non opus eſt nos multum torqueamus, an dicendus ſit Jephte illam non immolaſſe holocauſtum ſed alio pacto illam Deo conſecraſſe; quo redit ſententia plerorumque interpretum: an vero contrarium; quod flagitare videntur verba contextus ſacri, Jud. 11. v. 41. ויעש לה את נדרו אשר נדר quæ vix aliam patiuntur interpretationem quam hanc: Et exſequutus eſt in ea votum quod ipſe voverat. Quidquid ſit, negamus Jephtam debuiſſe in ea exſequi votum illud quod voverat illis verbis verſ. 33. והעליתיהו עולה, & offeram rem illam in holocauſtum: atque ſi exſequutus eſt, peccaſſe præpoſtera voti temerarii religione. Et ſi, quod non negamus, peccato Jephtæ cōmunicavit cæco quodam

dam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

dam ſtupore totus populus, adeoque & Sacerdotes imo & ſummus Pontifex, non eſt ἀθεόλογον hoc ſentire, & ex hac hypotheſi habebimus experientiam qua contra Pontificios probemus Eccleſiam ejuſque ſummum Pontificem viſibilem in Judicio de voti religione erraſſe. Placet Theſis D. Parei quam vide Operum Exegeticorum parte ſecunda, pag. 712. Factu quidem crudelius, ſed dictu probabilius, & Judæorum mori, quantumvis lege Dei vetito, eſt convenientius, Jephten Filiam mactaſſe, quam virginitati perpetuæ devoviſſe: Judicum cap. 2.

Zeli Iephtæ πρόφασις Lex de Anathemate, male arrepta.

Erroris anſam in judicio de voti Jephtæ religione arreptam credimus ex Lege de Anathemate, quæ exſtat Lev. 27. v. 38. 39. qua ſancitur ut omne Anathema morte afficiatur. כל חרם אשר יחרם מןהאדם לא יפדה מות יומת: Omne Anathema, quod devotum fuerit ex humanis perſonis, non redimetur, ſed omnino morte afficietur. Enimvero ſic cenſemus, Legis iſtius διάνοιαν ſpectare ejuſmodi perſonas humanas, quas ſibi Anathemate devoveri Deus probabat, ut non pro arbitrio cum libe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

ret, ſed juſtis de cauſis, victores devictos hoſtes, parentes liberos, heri ſervos devovere poſſent; & ſi temere devoverent, Lex de Anathemate eventu non comprobaret, nec ratam haberet temerariam & iniquam devotionem humani capitis innoxii, nec mortem meriti: Atque ea propter ad ſacram capitis alicujus devotionem exſequendam intervenire oportebat Sacerdotum operam & miniſterium, ad quos nimirum pertinebat votorum cognitio, rerumque Deo per חרם ſacratarum jus & proprietas ſive Dominium. Num. 18. v. 14. כל חרם בישראל לך יהיה: Omne Anathema in Iſraële tuum erit. Qua ſanctione Sacerdotes judices erant à Deo conſtituti, qui diſpicerent & judicarent, an vota illa eſſent legitime nec ne concepta & nuncupata; atque ita mors liberorum & ſervorum à parentibus & heris devotorum, non ſimpliciter & nude à parentum & herorum arbitrio & libidine pendebat, quandoquidem Sacerdotum judicium & ſententiam intervenire oportebat. Ita abuſus cavebatur; ne ſpecie religionis funderetur innoxius ſanguis. Quandoquidem ergo innoxius erat ſanguis filiæ Jephtæ, Lex illa de Anathemate

themate

thematе non debuit eſſe vinculum iniquitatis & abominationis iſtius qua ipſa inſons morti adjudicaretur à Sacerdote. Erat Lex illa vinculum ejuſmodi quo conſtringi debebant qui juſto & ſancto zelo Dei propter crimen aliquod devovebantur Anathemate, ne elaberentur quos Deus punitos volebat: Sic nonnulli adnotant non debuiſſe parci vitæ matris Aſæ, reginæ Maachæ, quando rea erat juxta juramentum, quo voverant ſolenniter, morte afficiendos eſſe qui non colerent Jehovam Deum Iſraëlis, ſive parvum, ſive magnum, ſive virum, ſive fœminam. 2 Chron. 15. Sic nefas fuiſſet redimere devota capita Joabi & Semei quos Salomo devoverat. 1 Reg. 2. Nefas item fuiſſet mortis ſupplicio liberare filium contumacem & rebellem à parentibus devotum publico ſupplicio juxta Legem. Deut. 21. v. 18. 21.

Enimvero huc redit quod dicimus, non fuiſſe Lege illa de Anathemate mortem decretam ulli innoxio capiti, ſed illis tantum qui ſuo delicto meriti eſſent Anathematis pœnam. Atque ea propter votum חרם מן האדם non fuiſſe votum quo aliquod vovebatur veri nominis ſacrificium,

cium, ſed potius quo via præcludebatur ſacrificio pro capitibus devotis, ipſaque adeo non conſecrabantur, ſed tantum execrationi ſubjiciebantur: Et quandoquidem nil tale merita erat filia Jephtæ, cenſemus non fuiſſe illi Legem illam Anathematis poſitam, cui illam obnoxiam ex temerario voto ſuo pater opinabatur.

Abſque filiæ immolatione in holocauſtum non poteſt Iephte dici votum exſequutus.

Amplius, Non potuit Jephta in filia exſequi votum quod ipſe voverat ſi non revera obtulerit illam in holocauſtum: nec ſatis eſt ſi alio modo illam morte affecit ex Anathematis lege: alio enim mortis genere mactans quod vovit in holocauſtum, mutat votum quod vovit. Ut, velint nolint, verba Jephtæ illa quibus votum ejus conceptum fuit, cogantur ſic accipere, qui cenſent Jephtam votum ſuum exſequutum, nec tamen illam obtuliſſe in holocauſtum: Quidquid exierit domo mea, erit Domino ſacrum, (ſcilicet anathemate:) & offeram illud in holocauſtum, (nempe ſi tale ſit ut offerri poſſit.) Quod revera eſt verba voti disjunctim accipere, non cōjunctim; Atque ſi hoc admittitur, ſalva res eſt, non debuiſſe

buiſſe filiam Jephtæ ut Sacrificium mactari; nec ulla unquam Lege divina fas fuiſſe offerre in holocauſtum victimam humanam aut alio ritu cruento ſacrificari. Quęcunque autem devota capita ex Lege Anathematis mactari debuerunt, illa fuiſſe non Deo conſecrata, ſed execrationi tradita, per modum juſti ſupplicii: quod immane quantum diſtat à votivo Sacrificio. Ad poteſtatem coërcitivam Magiſtratus Politici, qua cumulatam volebat Deus Eccleſiaſticã excommunicationem, ſpectat Lex illa, non ad ſacros ritus qua ſancitur ut Anathema morte afficiatur: Ut nullo ſchemate religionis cæremonialis mactare fas eſſet hominem, ſi nulla eſſet cauſa cur de capite devoto merito ſupplicium ſumeretur à Magiſtratu politico.

VI. PROBLEMA.

An Crux fuerit Altare Sacrificii Chriſti.

Orthodoxi Theologi quidam ajunt Crucem fuiſſe Altare ſacrificii Chriſti.

BEllarminus libro 2. de Imaginibus ſanctorum cap. 27. diſputat pro Crucis adoratione inter alia hoc argumento. Quod Crux fuerit Ara ſummi ſacrificii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 28

In reſponſione ad hoc argumentum, Theologi noſtri fere hoc largiuntur, fuiſſe Crucem Aram ſummi ſacrificii. Chamierus in Panſtratia: tomo 2. lib. 22. cap. 3. Fuiſſe Altarè ſummi ſacrificii non pugno. Mornæus in opere de Euchariſtia lib. 3. pag. 376. ad locum Hebr. 13. v. 10. Habemus Altare: Altare igitur, inquit, de quo Paulus, Crux Chriſti, Sacrificium Chriſtus ipſe in cruce extenſus.

Molinæus tractatu Latino de Altaribus & Sacrificiis Chriſtianorum cap. 6. cum Apoſtolus ad Hebræos cap. 13. cõmate 10. ait, nos habere Altare; Altaris nomine crucem intelligit, ut verſus ſequens evincit, in quo ait Chriſtum extra portam eſſe crucifixum. Toſſanus in Epiſtolam ad Hebræos cap. 13. v. 10. intelligit ſimiliter Victimam Chriſti immolatam ſuper altare crucis. item Jac. Cappellus in eundem locum.

Quidam negant.

Negat hoc ex rei veritate dici Lambertus Danæus his verbis Controverſ. 7. cap. 27. Quod, inquit, Crux illa Chriſti nonnunquam à Patribus vocatur Ara vel Altare ſacrificii à Chriſto facti pro nobis, eſt

eſt loquutio tropica, ut veteres legis figuras ad mortem Chriſti melius applicent: Itaque hoc ſimilitudine quadam ab his dicitur, non rei veritate. Ainſvvorthus Anglus tractatu vernaculo de Idololatria cap. 5. Bellarminum oppugnat hoc argumento; Quod doceat Scriptura, corpora illorum animalium, quorum ſanguis inferebatur in ſanctuarium ad faciendam expiationem, comburi ſolita extra caſtra Iſraëlis, non ſuper altare, quod ſitum erat ad oſtium Tabernaculi: Et convenienter huic typo Jeſum ut proprio ſanguine populum ſanctificaret, paſſum eſſe extra portas Hieroſolymorum: atque id fuiſſe opprobrium. At, inquit, hi Θεοφάγοι, & qui Dominum crucifigunt, faciunt ex maledicta cruce ſanctiſſimum Altare, ac conſequenter illam faciunt majorē ipſa victima Chriſto, quippe quæ hanc ſanctificavit: Altare enim ſanctificat munus oblatum, Matth. 23. v.9. Poſt Ainſvvorthum Ameſius Bellarmini argumentum ſic enervat, Tom. 2. cap.6. de Cruce. Fatue ac cœce, Utrum majus eſt? munus, an Altare quod ſanctificat munus? Matth. 23. v. 19. nunquid Chriſti oblatio fuit à cruce ſanctificata?

Pontificii videntur Crucis lignum, quin ejus imaginem, majori religione colere quam victimam in Cruce oblatam.

Quid pro ſe reſpondeant Pontificii fatui ac cœci idololatræ, ipſi viderint: Merito enim ambigas an majori veneratione colant corpus Chriſti in Cruce oblatum, an Crucē ipſam in qua corpus ſuum obtulit, vel hoc argumento: Quod in feria ſexta Paraſceve Paſchatis, quæ ipſis ſacerrima eſt propter memoriam anniverſariam crucifixionis Chriſti, neglecto quotidiano Miſſæ officio, quo jactant à ſacerdotibus jugiter ſacrificari corpus Chriſti; tantum vacant Adorationi crucis hora illa quæ ſtata eſt Miſſæ ſolennitati, teſte Durando in Rationali lib. 6. cap. 77. Sane, inquit, hac die Eccleſia arctiſſimum jejunium & ſilentium agit, nullum enim officium ſolenniter celebrat, ſed hora nona convenit ad adorandum crucem, non ad Miſſæ officium, quo hæc dies caret, ſed quaſi ad funeris obſequium dicendum. §. 1. Et rurſum: Hac etiam die ſacrificium non offertur ſacramentaliter, ſed ſumitur altera die oblatum. §. 26. Ne autem ſine ratione ſit idolomania, en rationem ipſius ſecundam

cundam quæ maxime urget. Secunda, inquit, ratio eſt: Quia Eccleſia corpus illud quod flagellis & ſpinis & contumeliis iſta die revera affectum eſt, non debet cum Miſſarum ſolennitatibus celebrare, quoniam veniente veritate debet ceſſare figura. §.34. Vel nihil dicit fatuus & cœcus, vel hoc adfirmat per erroris efficaciam, Magis in veritate Deum adorari quando Crucem Sacerdotibus præeuntibus adorat Eccleſia; quam quando celebratur Miſſæ ſolennitas, in qua corpus Chriſti in ſacrificium ſacramentaliter offertur.

Ex Theſi affirmante nulla ſequitur ligni Crucis veneratio, nedum σταυρολατρεία.

Verum enimvero relictis cœcis illis & fatuis ἀρτολάτραις & σταυρολάτραις, hoc operæ precium erit expendere accuratius, An cogat ad σταυρολατρείαν illa hypotheſis qua ſtatuitur Crux fuiſſe revera Altare ſacrificii Chriſti: &, num ſolide everſa ſit illis quæ ex Ainſvvortho audivimus argumentis. Quorum prius eſt ex collatione teſtimoniorum Scripturæ, Levit. 16. v. 27. Exod. 40. v. 6. Hebr. 13. verſ.11.12.13. Ex quibus hoc vult efficere, abſque altari peractum fuiſſe Sacrificium

Chriſti, juxta typum illorum ſacrificiorum quæ procul ab Altari extra caſtra comburebantur. Vicerit ſane Ainſvvorthus ſi evicerit corporum exuſtione extra caſtra conſtitiſſe ſacrificium ſeu ſacram oblationem iſtorum animalium.

Chriſti Sacrificium non caruit Altari.

Contrarium ſuadet fimi animalium una cum corporibus imperata exuſtio, adeo ut exuſtionis illius miniſter ab illa rediret immundus atque ipſi nefas eſſet reverti intra caſtra, non adhibito & veſtium & carnis ſuæ ſacro baptiſmate. Levit.16. v.27.28. Ex collatione autem Legis quæ exſtat, Levit. 4. v. 4.7.10.11.12. & c.6. v.23. liquet non magis abſque Altari peracta fuiſſe iſtorum animalium ſacrificia, quam omnes oblationes Pacificorum: Quia & hæc & illa pariter debebant jugulari coram Jehova: ſanguis illorum debebat effundi verſus fundamẽtum Altaris holocauſti, ad portam tentorii conventus: Renes & Adipes debebant adoleri à Sacerdote in Altari holocauſti. Hac jugulatione & ſanguinis effuſione, & Renum atque Adipum abſumptione in Altari holocauſti conſtabat

bat ſacra oblatio, & iſtorum animalium, de quibus ſermo eſt, & Pacificorum: Hoc intererat, quod peracta ſacra oblatione carnes pacificorum abſumebantur ſacro epulo: Carnes autem iſtorum animalium una cum pelle, capite, cruribus, inteſtinis & fimo aſportabantur extra caſtra, ibique in rogo ex lignis exſtructo exurebantur: Quod erat typicũ opprobrium, figurans Chriſti egreſſum extra portam cum opprobrio. Quandoquidem ergo etiam illorum animalium oblationem ſanctificavit Altare holocauſti, nequaquam ex corporum exuſtione extra caſtra poſt ſequuta efficitur, debuiſſe juxta illum typum Sacrificium Chriſti carere ſuo Altari.

Altare victimam ſanctificat non per ſe, ſed per ἐμπυρισμὸν qui fit ſuper Altare.

Videamus jam alterum Ainſvvorthi argumentum quod adoptavit Ameſius: cujus robur hoc eſt: Si Crux fuit Altare Sacrificii Chriſti: Ergo Crux major fuit ipſo Chriſti Sacrificio, quia teſte Chriſto Altare eo nomine majus eſt munere oblato, quod Altare ſanctificet munus oblatum. Operæ precium eſt adſcribere integrum contextum verborum Chriſti:

Arguit

